
3 1761 08824834 9

Goldwin Smith.



ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

XENOPHONTIS

QUÆ EXTANT.

EX LIBRORUM SCRIPTORUM FIDE ET VIRORUM
DOCTORUM CONJECTURIS RECENSUIT


ET INTERPRETATUS EST

JO. GOTTLOB SCHNEIDER, SAXO.

TOMUS V.

ŒCONOM. CONVIV. HIERON. ET AGESILAUM
CONTINENS.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCCXIII.



EPISTOLA EDITORIS

AD

GODOFR. HENR. SCHAEFERUM,

A. L. MAGISTRUM ET PHILOS. DOCTOREM LIPSIENSEM.

LAUDO et gratus agnofco operam, Vir amiciffime, quam huic Opufculorum Xenophonteorum recenfioni et impreffioni gnaviter impendifti, ut, quam fieri poffet, emendatiffima in publicum prodiret. Cumulum etiam addidifti beneficio, perfcriptis ad me annotationibus quibufdam, quas Tibi tractatio hujus meæ recenfionis fuggefferat. De quibus antequam Tecum conferam fermones, patere, ut de confilio hujus meæ recenfionis et de fubfidiis, quibus in ea ufus fum, breviter Tibi exponam.

Zeunianæ recenfionis exemplaria cum effent omnia divendita, demandatam a librario, viro honeftiffimo et de litteris græcis optime merito, provinciam renovandæ ejus recenfionis lubens adii, cum eo, ut textum meo modo retractarem, et res, ficubi opus effet interpretatione, breviter illuftrarem. Primum omnium Apologiam Socratis, quæ Xenophonti adfcribitur, fegregavi, quoniam jam antea fuit a me adjuncta Memorabilibus Socraticis. Deinde omifi Fragmenta Epiftolarum Xenophonti adfcriptarum, quæ in Editione Weifkiana, auctiora etiam, legi malebam, utpote Xenophontis ingenio plane indigna, et a Sophifta nefcio quo inepte ficta. Zeuniana quidem Editio quatuor tantum fragmenta ex Stobæi Joannis Sermonibus repetita pofuit, quorum primum extat etiam in Eufebii Præpara-

tione evangelica xiv. 12. Tertia epiſtola ad Sotiram (*Σωτειραν*) ſcripta de morte filii Grylli conſolatur eam. Quæ femina fuerit Sotira iſta, nemo Interpretum dixit, uxor an amica Xenophontis ? Diogenes in Vita Xenophontis refert poſt pugnam Lacedæmoniorum adverſus Thebanos, cui Xenophon interfuit, Xenophontem Scilluntem in Eleorum ditione conceſſiſſe, addens, *εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ γύναιον ὄνομα Φιλησία, καὶ δύο υἱεῖς, Γρύλλος καὶ Διόδωρος, οἳ καὶ Διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο.* De femina Philesia auctorem nominat Demetrium Magneſium. Weiſke ex vocabulo *γύναιον* arguebat, uxorem non legitimam fuiſſe. Sed dubitari poteſt, an omnino Phileſiam uxoris loco habuerit Xenophon. Potuit enim ejus opera in re domeſtica adminiſtranda uſus eſſe Xenophon. Suidæ auctoritatem non curo, qui ex verbis Diogenis hæc excerpta reddidit: *παῖδας ἔσχεν ἀπὸ Φιλησίας Γρύλλον καὶ Διόδωρον, οἳ καὶ Διόσκουροι ἐκαλοῦντο.* Is igitur uxorem facit vel concubinam Xenophontis Phileſiam ; ſed idem manifeſto errore ibidem tradit : *ὃς πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων.* Miror equidem Weiſkii ſilentium ad locum Diogenis repetitum in primo Volumine Operum ab eo editorum.

Hic vero in poſtremo volumine Operum quinque præterea Epiſtolas Xenophonti adſcriptas repetiit ex volumine Socraticarum a Leone Allatio editarum, quarum argumentum Bentleius ſatis falſitatis convicit, quæque ipſi adeo Weiſkio propter verba et ſententias ſpuriæ viſæ ſunt. Sunt eædem ex Codicibus admodum vitioſis derivatæ, lacunis plenæ, et verborum ſententiarumque vitiis refertæ, quæ abſque integrioris libri uſu corrigere non licet.

Venio nunc ad apparatum criticum, quo vel ante me Zeune uſus eſt in textu recenſendo, vel quem ipſe adhibui. In Œconomico igitur Zeune uſus eſt Codice Guelferbytano, ſed ita, ut multas ejus varietates, eaſque interdum bonas, negligeret ; quod uſu ejuſdem libri mihi liberaliter a *Langero* tranſmiſſi cognovi. Exemplum illuſtre inprimis habet locus Capitis I. ſect. 20. ubi in Codice *περιπεπεμμέναι* eſt, ſupra vero ſcriptum *πεπλεγμέναι.*

Camerarii interpretationem latinam Œconomici, Lipſiæ

1564. editam, ex libro ſcripto factam, cujus varietas interdum in annotationibus verſioni additis memoratur, idem Zeune adhibuit; quam equidem nanciſci non potui, non magis quam Jac. Lod. Strebæi interpretationem ex libris manuſcriptis quinque ductam, quæ exſtat in Operibus Xenophontis latinis Baſileæ 1551. editis, unde eſt in Editione Xenophontis Brylingeriana poſteriore repetita.

In eodem Œconomico quatuor Codices Pariſienſes comparavit Gallicus libri Interpres, celeberrimus *Gail*, qui libro titulum hunc fecit: *Œuvres de Xénophon, traduites en français, ſur les Textes imprimés et ſur quatre Manuſcrits de la Bibliotheque nationale. Par le Citoyen Gail. A Paris. L'An troiſiéme.* Eoſdem Codices vir humaniſſimus denuo rogatu meo comparavit, eorumque varietatem diligenter exſcriptam liberaliter mihi donavit. Horum notæ ſunt hæ: A. B. C. D.

A. vel primus numero 1643. ſignatus eſt; alter vel

B. numero 2955. ſignatus non longe ab initio abrumpit textum, adeoque fere inutilis fuit.

C. vel tertius, numero 1646. ſignatus, D. numero 1647. Tres hi libri, A. C. D. ut plurimum cum Guelferbytano et Lipſienſi conſpirant; paucas peculiares ſibi varietates ſcripturæ habent.

Lipſienſem Codicem membranaceum in Bibliotheca Senatoria ſervatum, comparavit *Sturz*, et excerptam inde varietatem ſcripturæ ſubjecit Volumini primo Lexici Xenophontei; quam miror a Weiſkio vel neglectam vel ignoratam. Ipſe Weiſke præter ingenii acumen non vulgare ad Xenophontis hæc opuſcula interpretanda vel emendanda nihil novi ſubſidii comparavit vel attulit; niſi quod in extremo Operum volumine excerptas in margine libri Villoiſoniani ſcripturas, cum quibuſdam H. Valeſii annotationibus, quas vir egregius ſibi, non publico uſui ſcripſerat, publicavit; ex quibus ſi quid ad rem faceret, fideliter annotatum lectoribus repræſentavi.

In Sympoſio vel Convivio Jo. Ribitti interpretationem adhibuiſſe ſe ait Zeune, ſed contemnit, uti Gallicam Fabri, quam ſubinde ipſe etiam inſpexi forte repertam in

Bibliotheca Regia Berolinensi. Præterea I. Cornarii versionem latinam Convivii Xenophontei et Platonici a plerisque omnibus Interpretibus et Bibliographis hucusque ignoratam consului, et partem Præfationis excerpsi in Disputatione de Tempore Convivii Xenophontei p. 140. seqq. Titulus libro est: *Platonis et Xenophontis Symposium, latine convertit Cornarius*, Basileæ 1548. Usus est Aldina editione valde vitiosa, ejusque menda corrigere aliquot locis conatus est.

Scripti libri, quos in Œconomico adhibui, destituunt nos omnes in Convivio; quare in tam multis libri egregii scripturæ vitiis emendandis solo ingenio connitendum fuit. Minime igitur mirabitur, qui multa aliorum sagacitati tollenda menda relicta hic viderit. Post Zeunium fuerunt aliqui viri docti, qui vires ingenii in emendando Convivio periclitarentur, veluti *Mosche*, Francofurtanus, et *Lange*, Convivio hic separatim Halis Saxonum edito, ille Animadversionum libello ad Xenophontis Œconomicum et Convivium scripto ante aliquot annos. Quorum duumvirorum inventa in usum meum converti. Contra versio Beckeriana anno 1795. et Wielandiana prodita in Vol. IV. P. I. p. 65. seqq. libri vernaculi: *Attisches Museum:* auxilium vel emendanti vel interpretanti mihi nullum plane attulit, nescio an aliis plus allatura sit. Non nihil lucri feci ex Aristide rhetore comparato cum Xenophontis convivio, cujus non solum editionem Jebbianam, uti Zeune, adhibui, sed scriptum etiam Codicem ex Bibliotheca Guelferbytana obtulit humanissimus et amicissimus *Langerus*.

In Hierone Zeune adhibuit versionem Erasmi, et Leonardi Aretini ex libro scripto factam; equidem haud parum adjutus sum a Codice Lipsiensi et varietate scripturæ in margine libri Villoisoniani annotata. Præterea Zeune, in Hierone inprimis, non solum Joannis Stobæi Editionem Tigurinam anni 1559. comparavit, sed scripti etiam Codicis varietate a Brunckio oblata usus est. Ego vero in iisdem Xenophontis locis a Stobæo Joanne excerptis consului varietatem scripturæ e duobus Parisiensibus Codicibus A. et B. olim annotatam ab Hug. Grotio, quam usibus

meis benevolentia venerandi præceptoris *Heynii* fubminiftravit.

Denique in Agefilao recenfendo Zeunio profuit primum Fr. Philelphi interpretatio latina e libro fcripto ducta, deinde recenfio Hutchinfoniana ad Codicem Harleianum facta, quam Simfon Britannus repetiit. Me vero in opera critica Agefilao adhibenda non folum Codex Guelferbytanus Ariftidis adjuvit, fed multo mihi magis profuit etiam Codex membraneus ejufdem Bibliothecæ, ultro mihi oblatus ab humaniffimo *Langero*, qui præter capita aliquot Ἀπομνημονευμάτων Agefilaum elegantiffime ex bono libro defcriptum habet. Itaque in locis plerifque omnibus cum libro Harleiano confentit, fed folus habet membrum Cap. I. fect. 24. quo addito lacunam in oratione Xenophontea interpolavi.

His fere fubfidiis ad criticam faciendam ufus fum; bene, an male, lectorum efto judicium. Redeo nunc ad ea, quæ Tu, Vir amiciffime, nuper de locis aliquot Xenophontis ad me perfcripfifti. Primum igitur in Convivii Cap. iv. fect. 33. mones καὶ περισσεύοντα τῆς δαπάνης fcribendum effe, abjecto articulo τὰ, quem librarius male fedulus e præcedente participio effinxerit. Non dubito hanc Tuam emendationem conjecturis meis præferre.—Altero in loco fect. 57. verba οἷς ἂν συνῇ ita defendis, ut intelligendum cenfeas ὁ μαστροπευόμενος, vel is ὃν ἂν μαστροπεύῃ. Sed vide, Vir amiciffime, ne hoc commentum Tuum a re fit alienum. Equidem putabam officium μαστροποῦ effe hominem antea ignotum alteri commendare, et facere, ut ei placeat. At vero fi ii, οἷς ἂν συνῇ, intelliguntur, quibufcum verfatur ὁ μαστροπευόμενος, tum vereor, ut opus fit opera lenonis vel μαστροποῦ.—In eadem fectione defendis verba ἓν μέν τι ἔστιν εἰς τὸ ἀρέσκειν ἐκ τοῦ πρέπουσαν ἔχειν σχέσιν καὶ τριχῶν καὶ ἐσθῆτος, ita, ut ἔστιν interpreteris *exiftit, oritur.* Recte corrigenti vel tentanti locum injecifti manum. Jam enim minus dubito de veritate fcripturæ, poftquam loca aliquot Xenophontis fimilia reperiffe mihi videor, ubi ἐκ caufam effectus continet. In Cyri difciplina i. 4, 5. eft: ὡς δ' οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τοῦ ἡττᾶσθαι εἰς τὸ μὴ ποιεῖν, ἃ ἡττῷτο, i. e. cum

vero rem, in qua difcefferat inferior, non defereret vel fubterfugeret propterea, quoniam inferior difcefferat. In Anabafi ii. 6, 9. eft de Clearcho duce: ἱκανὸς δὲ καὶ ἐμποιῆσαι τοῖς παροῦσιν, ὡς πιστέον εἴη Κλεάρχῳ. Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐκ τοῦ χαλεπὸς εἶναι. Accedit tertius locus ibidem fect. 8. de eodem Clearcho: Καὶ ἀρχικὸς δὲ ἐλέγετο εἶναι, ὡς δυνατὸν, ἐκ τοιούτου τρόπου, οἷον καὶ ἐκεῖνος εἶχεν. Ita locum vulgo diftinctum interpretantur: *Præterea ad imperitandum aptus effe dicebatur, ut potuit, pro ejufmodi, quo præditus erat, ingenio.* Diftinguenda vero græca ita funt: ὡς δυνατὸν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου, οἷον—εἶχεν. intellige ἀρχικὸν εἶναι. Quæ fic interpretanda erant: *Dicebatur etiam ad imperandum aptus et idoneus effe, quantum per ejufmodi ingenium et mores licebat, quibus ille præditus erat.* Diftinctio vulgaris ita fefellit interpretem germanicum haud vulgarem, *Halbkart*, ut a fenfu loci plane aberraret. Pofuit enim: *Hiermit verband er, diefem Character gemäfs, die Eigenfchaften eines Heerführers in einem fehr vorzüglichen Grade.*

In loco Œconomici iv. 19. non folum Heindorfii mei crifin affenfu Tuo firmas, fed præterea etiam verba πλήν γε Ἀριαίου, quæ librario interpolandi loci occafionem præbuiffe videntur, plane delenda cenfes. Officere enim putas confilio laudatoris exceptionem hanc, quæ in Hiftoriæ diligentia et religione merito probetur et laudetur. Accedit, quod acceffio totius membri a verbis inde πλήν γε Ἀριαίου numeros orationis, quos Xenophon in hoc elogio ftudiofe quæfivit et diligenter obfervavit, plane corrumpit et abfonos facit.

Addidifti in extrema Epiftola conjecturam de loco Hellenicorum v. 2, 14. ἡμεῖς δὲ βουλόμεθα μὲν τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι, καὶ αὐτοὶ πολῖται εἶναι. ubi αὐτοπολῖται fcribendum effe recte monuifti, comparato loco Thucydidis v. 79. ubi eft in fœdere inter Lacedæmonios et Argivos pacto et dorico fermone perfcripto: Ταὶ δὲ ἄλλαι πόλιες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ κοινὰν ἐχόντων τὰν σπονδὰν καὶ τὰν ξυμμαχίαν, αὐτόνομοι καὶ αὐτοπόλιες, τὰν αὐτῶν ἔχοντες, καττὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. Non dubitavi igitur admonitus a Te voca-

bulum αὐτοπολίτης inferere alteri Editioni Lexici græci, quæ fub prelis Jenenfibus cum maxime fudat.

Utinam plures ejufmodi conjecturas Tuas et emendationes locorum Xenophonteorum elicere mihi contigiffet! Sed video, quantum Tibi temporis a laboribus ftatis fuperfit, et cui merito fuo omne illud, quicquid reliqui fecifti, tribuas. Herodotum loquor, ad quem, jam egregie a Te emendatum, interpretandum etiam quæ in promtu habes, ne diutius nos defiderare patiaris, vehementer rogo. In eo nuper adhæfi ad locum libri iv. cap. 36. de quo quid fentiam, fi vacat, audi. Quid enim, Vir amiciffime, cum par pari referre non poffim, χάλκεα χρυσείων quominus Tibi reddam, impedit? Herodotus igitur de figura telluris ita differit: γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη, καὶ οὐδένα νόον ἔχοντας ἐξηγησάμενον· οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ, τήν τε γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου, καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην. In quibus primum verba καὶ οὐδὲν—ἐξηγησάμενον, quem fenfum reconditum habeant, equidem conjectura plane affequi non poffum, nec multum proficias ἔχοντα fcribendo. Vides enim verba effe vitiofa; nec Codices tamen fcripti auxilium fubminiftrant. Sed gravius vulnus Herodoto inflixerunt, qui verba καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην vel addiderunt alieno loco vel vitiarunt. Vitium enim demonftrat ftructura verborum laborans vel potius nulla. Potius alieno loco inferta cenfeo verba, et fedem iis propriam videor mihi poffe affignare, unde huc immigrare jufferunt inepti librarii. Compara mihi locum Cap. xlii. Θαυμάζω ὦν τῶν διουρισάντων καὶ διελόντων Λιβύην τε καὶ Ἀσίην καὶ Εὐρώπην· οὐ γὰρ σμικρὰ τὰ διαφέροντα αὐτέων ἐστι· μήκεϊ μὲν γὰρ παρ᾽ ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη, εὗρεος δὲ πέρι οὐδὲ συμβαλέειν ἀξίη φαίνεταί μοι εἶναι. In quibus iterum vides fententiarum connexionem effe plane nullam, et caufam reddi fententiæ alicujus, quæ non apparet. At fi mecum verba ex Cap. xxxvi. καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων ἴσην inferas poft Εὐρώπην, argumentatio Herodoti recte et ordine procedet. Ita vero fimul manifeftior etiam fit error viri docti, *Gabr. Godofr. Bredow*, in *Geographiæ et Vranologiæ Herodoteæ Speciminibus* p. xxi.

qui locum alterum Herodoti ita vertit: *Admiror eos, qui Africam, Aſiam, Europam, tamquam tres partes ſibi pares, diſterminarunt, quæ tamen non parum differunt. Longitudine quidem præter utramque extenditur Europa, latitudine vero nequaquam cum illis comparari mihi digna videtur.* Nec in annotatione aliqua lectorem admonuit de diverſitate ſcripturæ vel judicii ſui acerrimus alienorum errorum inſectator, qui quid in vertendo loco Herodoti ſecutus ſit, conjicere equidem non poſſum.

Sed tempori Tuo parcendum eſſe video. Nihil igitur addo, niſi ut Te orem, ut eandem diligentiam, quam in Opuſculis Xenophonteis curandis amori et reverentiæ in Te meæ approbaſti, etiam Vitruvio mox imprimendo repræſentare ne dedigneris, meque amare pergas. Ita vale! Scribebam Francofurti ad Oderam Calendis ipſis Decembribus anni 1804.

XENOPHONTIS

ŒCONOMICI CAPITA.

CAPUT I.

SOCRATES de œconomia disputaturus principia disputationis subtiliter ponit, ostenditque, esse artem, et eam quidem, quae in administranda domo sive sua sive aliena cernatur: ad domum referendum esse quidquid bonorum quis possideat: in bonis vero numerandum esse, quo quis sic uti possit, ut fructus inde percipiat: scientiam autem solam rei familiaris administrandae non sufficere ad laudem boni patrisfamilias, nisi quis sit liber a pravis cupiditatibus, quia, qui istis indulgeat, sit servus et bonorum, quae habeat, faciat jacturam. P. 1—8.

CAPUT II.

Festive ostendit Socrates Critobulo, homini satis lauto, se esse divitem, ipsum valde pauperem. Qua re excitatus Critobulus vehementer ab eo contendit, ut se modum augendae rei familiaris doceat. Respondet Socrates, se istam artem non callere, sed alios ei esse monstraturum, unde eam discere possit, si velit. P. 8—13.

CAPUT III. IV, 1—4.

Socrates auctor est Critobulo, ut vitam institutaque inspiciat eorum, qui rem vel male vel bene administrent. Esse enim, ait, qui aedes bonas sumtibus exiguis, esse qui malas multis exstruant: alios, ordine neglecto, multiplici supellectili uti male; alios curta bene et commode: aliorum servos vinctos aufugere, aliorum libenter manere et opus facere sedulo: alios ab agri-

cultura pauperes fieri, alios inde locupletari : alios ob ſtudium rei equeſtris ad egeſtatem redigi, alios inde multum lucri facere : aliorum uxores ad rem augendam conferre, aliorum ad imminuendam : ſe et monſtrare poſſe homines, qui reliquas artes ſcienter exerceant : ſellularias quidem animum et corpus frangere et repudiandas eſſe ; ſed belli gerendi et agri colendi artes unice convenire Critobulo. P. 13—19.

Sect. 5. Ad commendandam rem militarem et agriculturam Socrates exemplo regis Perſarum utitur, et narrationem addit de Cyri minoris erga agriculturam ſtudio, propter quod Lyſander aliquando eum admiratus ſit. P. 19—25.

CAPUT V. 1—17.

Laudatur agricultura, quod ſtudium illius ſit jucundum, rem augeat, corpora corroboret et ad militiam apta reddat, doceat juſtitiam et liberalitatem, arteſque pariat et alat. P. 26—30.

CAPUT V. 18—20. CAPUT VI.

Opponit Socrati Critobulus calamitates, quibus cunctæ res in agro, ſtudioſe cultæ et feliciter florentes, ſint obnoxiæ. Reſpondet ille, deos eſſe colendos et placandos, ut res in agro gerendas proſpere procedere jubeant. Deinde repetitis ſummatim iis, quæ ante de natura et præſtantia agriculturæ diſputata erant, exemplum ei proponit Iſchomachi, viri et patrisfamilias egregii. P. 30—35.

CAPUT VII.

Narrato eleganter modo, quo Iſchomachum convenerit et ad colloquium invitaverit Socrates, ille ſuum cum uxore recens nupta colloquium narrat, et ita officium bonæ matrisfamilias omne exponere incipit. Et prima quidem præcepta hæc ſunt : Materfamilias ſit temperans et caſta ; perita veſtis conficiendæ, lanæ tractandæ et penſi ſui cuique ancillæ aſſignandi ; res a viro domum comportatas tueatur ac diſpenſet ; liberos nutriat ; inſtar reginæ apum ſervo et ancillæ ſuum cuique opus tribuat ; ſervorum valetudinem curet ; familiam domi doceat et prudenter gubernet. Commode inferitur locus communis de fine conjugii. P. 35—46.

CAPUT XV.

CAPUT XVI.

CAPUT XVII.

CAPUT XVIII.

CAPUT XIX.

CAPUT XX. XXI.

cum agricultura ipſa facile diſcatur, difficillimam eſſe artem homines ita imperio tractandi, ut ſponte et libenter imperata faciant. Ad eam auctoritatem adipiſcendam, ſive ſis villicus, ſive procurator, ſive dominus, opus eſſe ingenio et diſciplina, quinimo divino quodam bono, quod ſine ſumma virtute nemini contingat. . . . . P. 102—113.

XENOPHONTIS

CONVIVII CAPITA.

CAPUT I.

CONVIVIUM Athenis inſtituerat tempore Panathenæorum magnorum Callias, homo ditiſſimus in honorem Autolyci ab ipſo amati et tum pancratio victoris. Ad illud etiam Socrates cum familiaribus nonnullis vocatur. Convivæ cum accubuiſſent, omnes capti forma Autolyci vel admirationem ſuam vel amoris quendam ſenſum tacite vultu et geſtu oſtendebant. Eorum ſilentium interrupit Philippus ſcurra, qui intromiſſus a Callia, ut una cœnaret, aliquos jocos paraſiticos protulit, ut convivas exhilararet; ſed fruſtra ab initio: unde ſat ridicule de fortuna ſua conqueſtus eſt. P. 133—139.

CAPUT II. 1—20.

Menſis remotis venit ad comiſſationem Syracuſanus cum tibicina, ſaltatrice et puero formoſo, qui ſcienter et cithara caneret et ſaltaret. Jam cum Callias, ob liberalitatem et elegantiam convivii laudatus, unguento quoque convivas delectare vellet, Socrates, qui ſemper e loco, tempore et perſonis materiam ſer-

monis fructuosi capiebat, negat, illud sexui virili convenire, et ostendit, cujus generis odores adolescentes et viri spargere debeant. Cum porro puella mirifice saltaret, ait, muliebre ingenium non esse deterius virili, dummodo colatur disciplina. Eadem cum saltationem periculi plenam edidisset, disputare incipit cum Antisthene, virtus utrum possit doceri. Denique cum puer scite saltasset, docet saltationis utilitatem et necessitatem. P. 139—147.

Sect. 21. Philippus pueri puellæque saltationem imitari ridicule conatur, et satis defatigatus sitiensque poscit majorem phialam. Unde Socrates mediocrem vini usum commendare aggreditur, et ut minutis poculis bibatur, suadere. 147—150.

CAPUT III.

Cum tibiæ lyræque cantu delectari viderentur convivæ, Socrates ait, honorificentius esse, si sermonibus habendis sibimet ipsi prodessent seque delectarent, quam si ex puellis cantantibus caperent voluptatem. Itaque singuli rogati aperuerunt, qua facultate sibi quisque excellere videretur, et qua re sibi maxime placeret. P. 150—155.

CAPUT IV.

Convivæ hic deinceps reddunt rationem rei, ob quam quisque maxime sibi placeat. Callias jactat artem, qua homines efficiat justiores, quam dandis non præceptis, sed numis, exerceat. Niceratus prædicat, se, Homeri carmina cum teneat memoria, versibus Homeri posse res humanas fere omnes comprobare. Critobulus pulchritudinem suam jactat, cujus ope homines ad multas virtutes adducat. Charmides recenset paupertatis suæ commoda; Antisthenes contra, licet pauperrimus, divitias suas prædicat. Hermogenes amicis certis gloriatur, sub quibus intelligit deos sibi propitios. Philippus, scurram quod agat, vehementer sibi placet; quia omnes beati se invitent ad cœnam reddantque partorum bonorum participem. Syracusanus suam felicitatem collocat in hominum stultitia, qui præstigiis et spectaculis delectati dent ei, unde commode vivere possit. Socrates denique demonstrat præstantiam et utilitatem lenocinii, h. e. artis hominum benevolentiam sibi aliisque conciliandi.

P. 155—174.

CAPUT V. VI, 1—5.

Narratur certamen lepidum plenumque facetiarum de pulchritudine inter Critobulum ſatis formoſum et Socratem inſigniter deformem, qui more ſuo, h. e. ironice, ſuam commendat formam, oculos exſtantes, ſimum naſum, os amplum, craſſa labia, et omnino ſimilitudinem cum Silenis Naiadum filiis: atque cum victus diſceſſiſſet, judices corruptos eſſe jocoſe queritur. Hermogenem adhuc tacentem Socrates de vi παροινίας rogans non ſine joco excitat ad ſermocinandum. P. 174—179.

CAPUT VI. 6—10. CAPUT VII.

Syracuſanus offenſus Socrati convicium facere incipit. Sed partim Socratis modeſtia, partim Antiſthenis interpellatione conviciatoris importunitas reprimitur et confutatur. P. 179—183.

CAPUT VIII.

Socrates de amore venereo diſputaturus jocoſe de nequitiis Antiſthenis et moleſtiis, quas ſibi exhibeat, conqueſtus honeſtiorem Calliæ amorem laudat, atque hinc docere aggreditur admirabili cum gravitate et copia, quanto præſtantior ſit amor pueri ortus ex ejus indole et animo, quam is, qui e pulchra corporis forma et ex obſcœnis cupiditatibus oriatur. P. 183—195.

CAPUT IX.

Saltatio mimica exhibet Bacchi cum Ariadne congreſſum et convivium concludit. P. 195—197.

XENOPHONTIS

HIERONIS CAPITA.

CAPUT I.

OSTENDIT Hiero, plures voluptates per fenfus percipere privatos homines, quam tyrannos. Hos enim minus intereffe poffe fpectaculis rebufque oculos pafcentibus: neque magis aurium fuavi fenfu delectari: laudem enim, qua vel maxime hominum aures mulceantur, tyrannis tribui fufpectam: cibos potufque quamvis exquifitos parum fuavitatis offerre, cum creber ufus et copia afferat faftidium: odores fuaviffimos, quibus ungantur, magis fentiri ab aliis, quam a regibus ipfis: in re amatoria denique eofdem longe inferiores effe privatis.

P. 201—210.

CAPUT II.

Illas voluptates e fenfibus captas Simonides dicit effe exiguas, et majores res commemorat, quarum fructu tyranni videantur beatiores. Sed contra Hiero docere inftituit, tyrannidem effe fplendidam miferiam, et maximis bonis tyrannos carere, plurima mala experiri. Foris enim et domi ab hoftibus et infidiatoribus obfeffos effe: atque bellorum incommoda, quæ fint, habere communia cum liberis civitatibus, fed commodis, quæ percipiantur ex bello, non item frui. P. 210—214.

CAPUT III. IV, 1—5.

Amicitiæ veræ commoda, quæ omnium confenfu maxima effe cenfentur, non pertinere ad tyrannos. Parum etiam fidei illos habere poffe cognatis, a quibus tyranno fæpe ftruantur infidiæ. Metuendum porro illis effe, ne per cibos potufque venenatos

clam tollantur : et tantum abesse, ut tyrannicida puniatur a civitate, ut præmiis potius ornetur. P. 214—217.

CAPUT IV. 6—11. CAPUT V.

Ob opes, quas possidere videatur tyrannus, ejus conditionem non esse meliorem : eum molestius et periculosius per vim et injuriam eas acquirere cogi : et vix tantas posse cogere, quantæ ad sumtus necessarios requirantur. A viris porro bonis eum timere : quos si tollat, ipsi relinqui homines pravos et serviles. Denique etsi suæ utilitatis causa patriam amare debeat, cives tamen imbelles reddere iisque milites externos mercenariosque præferre cogi. P. 217—220.

CAPUT VI.

Vitam jucundam Hiero, quam privatus egerit, comparat cum miseria et metu, in quo versetur, postquam regnum sit adeptus. P. 220—223.

CAPUT VII.

Cum Simonides dixisset, certe honorem, qui tam gratus et optatus vulgo videatur hominibus, tyranno haberi : ostendit Hiero, verum et gratum honorem nonnisi a benevolis haberi, cujus adeo omnino sit expers tyrannus, quia hic ab invitis, servis et metuentibus exprimatur. Tum Simonidi miranti, cur tyrannis, si sit tale tantumque malum, non deponatur, respondet Hiero, istud malum quamvis intolerabile, tamen non sine jactura salutis posse abjici. P. 223—226.

CAPUT VIII. IX.

Ostendit Simonides, tyrannum facilius, quam privatum, posse sibi aliorum conciliare benevolentiam. Nam cuncta benevolentiæ signa gratiora proficisci a tyranno, quam a privato. Objicit Hiero, plura negotia necessario obeunda esse tyranno, quæ pariant odium. Respondet (Cap. IX.) ad hoc Simonides, isti incommodo ita occurri posse a tyranno, ut negotia vulgo grata ipse administret ; quæ facile offendant, ea per alios gerenda curet. Atque præmiis studia et æmulationes civium debere excitari, ut res civitati utiles alacriter et libenter administrent. P. 226—231.

CAPUT X.

Invidiam ex mercenariis militibus ita declinari oftendit Simonides, fi tyrannus eos alat ad hominum petulantium injurias coercendas, falutem non modo fuam, fed omnium civium, tuendam, agricolas pecoraque contra latrones defendenda, incurfiones hoftium arcendas, expeditionem adverfus hoftes fufcipiendam, amicorum res tutandas et hoftium opes frangendas. Propter talem et tam multiplicem ufum, quem præftant fatellites, neceffe effe, ut cives ftipendia folvant libenter. P. 231, 232.

CAPUT XI.

Addit Simonides, tyrannum etiam de fuis rebus debere ad publicos ufus conferre, et omnino nulli rei parcere, ut civitatem reddat quam beatiffimam. P. 233—235.

XENOPHONTIS

AGESILAI CAPITA.

CAPUT I. 1—5.

AGESILAI genus nobile; patriæ dignitas ipfiufque virtus, ob quam regio munere dignus eft habitus. P. 241—243.

Sect. 6. Res ejus in Afia geftæ, in quibus præter artes militares, maximamque in bello prudentiam, pietatem adverfus deos, æquitatem et clementiam adverfus homines oftendit, modeftiam denique adverfus magiftratus Lacedæmoniorum ipfum revocantium. Additur ad has laudes illud, quod concordiam in civitatibus Græcorum Afiaticis reftauraverit. P. 243—255.

CAPUT II. 1—16.

Copiis in Europam trajectis cum in itinere a Bœotiis eorumque fociis laceſſeretur, hos in fugam conjecit. Paullo poſt ad Coroneam eofdem gravi prœlio vicit, et falvus rediit in patriam. P. 256—262.

Sect. 17. Pari virtute bellum poſtea geſſit cum Argivis et aliis Græcis civitatibus. Poſtea cum Lacedæmoniorum res pugna Leuctrica concidiſſe viderentur, tamen rurſus præter opinionem hoſtes eſt ultus. Contra eofdem ipſam urbem Spartanam aggreſſos patriam prudenter et fortiter defendit. Cum jam propter ætatem ad militiam imbecillior videretur, legationibus maxime obeundis pecunias in ſubſidium patriæ collegit. Sed tamen fenex 80 annorum ab Ægyptiorum rege auxilio vocatus, mox ab eodem offenſus, adverſarium ejus in regno conſtituit, atque ita focio Lacedæmoniis adjuncto et pecuniis ab eo acceptis, patriæ non parum profuit. P. 262—269.

CAPUT III. IV. V. VI.

Maximis Ageſilaus virtutibus fuit præditus, pietate adverſus deos, juſtitia, (Cap. IV.) continentia, (Cap. V.) fortitudine et ſapientia. (Cap. VI.) P. 269—279.

CAPUT VII.

Demonſtratur hic amor Ageſilai erga cives ſuos et adverſus Græcos omnes, et odium ejus adverſus barbaros. P. 279—281.

CAPUT VIII. IX. X.

Ageſilai comitas, ſpiritus regius, frugalitas; quæ virtutes aliæque his affines comparantur cum vitiis regis Perſarum, (Cap. IX.) ut Ageſilaus tanto excellentior appareat. (Cap. X.) P. 281—288.

CAPUT XI.

Sententiis brevibus quaſi principia virtutis omnis Ageſilai explicat, exordio a pietate ſumto. P. 288—295.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

CAPUT I.

ΗΚΟΥΣΑ δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε διαλεγομένου· εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Κριτόβουλε, ἆρά γε ἡ οἰκονομία ἐπιστήμης τινὸς ὄνομά ἐστιν, ὥσπερ ἡ ἰατρικὴ καὶ ἡ χαλκευτικὴ, καὶ ἡ τεκτονική; Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη

Ξενοφῶντος] Juntina cum Lipſ. libro ῥήτορος addit; in Guelf. eſt τοῦ ῥήτορος, ſed ſecunda manus articulum damnavit. Deinde edd. veteres et Steph. adjungunt λόγος vocabulo Οἰκονομικός; id vero cum Guelf. omiſit Zeune. Cicero de Senectute cap. xvii. *in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari, qui Œconomicus inſcribitur.* Leonclavius inſcripſit Ξενοφῶντος Ἀπομνημονευμάτων βιβλίον πέμπτον ἤτοι οἰκονομικὸς λόγος.

Cap. I. ποτε αὐτοῦ] Intellige Σωκράτους, cujus nomen cum Stephaniana priore poſuit Weiſke, quod eam ſcripturam voluminum diſpoſitioni ſuæ magis convenire cenſebat. Pariſ. C. D. καὶ omittunt. Ἤκ. δέ ποτε τοῦ Σωκράτους καὶ τοιαῦτα dat margo Villoiſon. Cum reliquis ſcriptis ad Socratem defendendum pertinentibus conjunctum etiam hunc Œconomicum a Xenophonte fuiſſe vel ex initio patet. Hoc jam olim monuit Galenus ad librum i. Hippocratis περὶ ἄρθρων his verbis: μὴ γιγνώσκοντες (hi qui putabant δὲ ab initio libri poni ſimpliciter poſſe) ὅτι τὸ βιβλίον τοῦτο τῶν Σωκρατικῶν ἀπομνημονευμάτων ἐστὶ τὸ ἔσχατον. quem locum priores Interpretes etiam appoſuerunt. Tempora hujus libri tria diverſa diſtinguenda ſunt. Sermo cum Critobulo collatus de re familiari adminiſtranda incidit in idem fere tempus cum Convivio, ut in Diſputatione de tempore Convivii Xenophontei ſub nomine Critobuli demonſtravi. Sed a Capite inde VII ſermo antiquior narratur Socratis et Iſchomachi de iiſdem fere rebus, cujus tempus accuratius definire non licet. Contra tempus conſcripti a Xenophonte ſermonis multo recentius arguit mentio mortis Cyri junioris cap. iv. 18. quæ accidit Olympiadis 94. anno 4. vel ſecundum Larcherum anno 3. Ipſa Socratis mors incidit in Olympiadis 95. annum 1. Cum Cyro juniore expeditionem in Aſiam contra regem Perſarum ſuſceperat Xenophon, unde redux in Græciam poſt duos annos fuit Olympiadis 95. anno 1. vel ſecundum Larcherum anno 2.

ἡ χαλκευτικὴ] Male articulum omittit Cod. Lipſ. Guelf. Pariſ. A. B. C. D. cum edd. vett.

2 ὁ Κριτόβουλος. Ἦ καὶ ὥσπερ τούτων τῶν τεχνῶν ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὅ τι ἔργον ἑκάστης, οὕτω καὶ τῆς οἰκονομίας δυναίμεθ' ἂν εἰπεῖν ὅ τι ἔργον αὐτῆς ἐστι; Δοκεῖ γοῦν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, οἰκονόμου ἀγαθοῦ εἶναι εὖ οἰκεῖν τὸν
3 ἑαυτοῦ οἶκον. Ἦ καὶ τὸν ἄλλου δὲ οἶκον, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἐπιτρέποι τις αὐτῷ, οὐκ ἂν δύναιτο, εἰ βούλοιτο, εὖ οἰκεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν ἑαυτοῦ; Ὁ μὲν γὰρ τεκτονικὴν ἐπιστάμενος, ὁμοίως ἂν καὶ ἄλλῳ δύναιτο ἐργάζεσθαι ὅ τι περ καὶ ἑαυτῷ, καὶ ὁ οἰκονομικός γ' ἂν ὡσαύτως.
4 Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. Ἔστιν ἄρα, ἔφη ὁ Σωκράτης, τὴν τέχνην ταύτην ἐπισταμένῳ, καὶ εἰ μὴ αὐτὸς τύχοι χρήματα ἔχων, τὸν ἄλλου οἶκον οἰκονομοῦντα, ὥσπερ καὶ οἰκοδομοῦντα, μισθοφορεῖν; Νὴ Δία· καὶ πολύν γε μισθὸν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, φέροιτ' ἂν, εἰ δύναιτο οἶκον παραλαβὼν τελεῖν τε ὅσα δεῖ, καὶ περιουσίαν ποιῶν
5 αὔξειν τὸν οἶκον. Οἶκος δὲ δὴ τί δοκεῖ ἡμῖν εἶναι; Ἆρα ὅπερ οἰκία, ἢ καὶ ὅσα τῆς οἰκίας ἔξω τις ἐκέκτητο, πάντα τοῦ οἴκου ταῦτα ἐστίν; Ἔμοιγ' οὖν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος,

2. δυναίμεθ' ἂν] Edd. vett. Cod. Guelf. Lipſ. lectionem δυνάμεθ' correxit Caſtalio et Steph. Deinde δοκεῖ οὖν Pariſ. A.

3. ἢ καὶ τὸν ἄλλου δὲ] Difficultatem facit primo loco ἢ καὶ affirmativum ſubjuncta ſtatim negatione οὐκ ἂν δύναιτο; deinde particula δέ. Si vera eſt vulgata, ſic ſupplenda videtur: ἢ καὶ τὸν μὲν ἑαυτοῦ οἶκον εὖ οἰκεῖν δύναιτο, τὸν ἄλλου δὲ οἶκον—οὐκ ἂν δύναιτο—εὖ οἰκεῖν. Deinde alterum illud membrum καὶ ὁ οἰκονομικός γ' ἂν ὡσαύτως abruptum pendet, et vitioſum videtur, quanquam Zeune ſuppleat ὁμοίως ἂν καὶ ἄλλῳ δύναιτο ἐργάζεσθαι ὅ τι περ καὶ ἑαυτῷ. Quæ ipſa repetitio verborum iſtorum eſſet ineptiſſima. Potius Xenophontis erat dicere καὶ ὁ οἰκονομικός γ' ἂν ὡσαύτως δύναιτο τὸν ἄλλου οἶκον εὖ οἰκεῖν ὥσπερ καὶ τὸν ἑαυτοῦ. Sed dura eſt ellipſis, præſertim interrogatione negativæ ſubjecta altera affirmativa de eadem quidem re. In libris ſcriptis nullum diverſitatis eſt veſtigium, niſi quod articulus ὁ ante οἰκονομικὸς in edd. vett. ut in Guelf. Pariſ. A. et Lipſ. eſt omiſſus. Mihi igitur verba ἢ καὶ ab initio periodi removenda et ad finem ante καὶ ὁ οἰκονομικὸς transferenda videntur ſic: καὶ ἑαυτῷ· ἢ καὶ ὁ οἰκονομικός γ' ἂν ὡσαύτως—deinde ſupplebo: καὶ τὸν ἄλλου δύναιτ' οἶκον εὖ οἰκεῖν ὥσπερ τὸν ἑαυτοῦ;

4. φέροιτ' ἂν] Lipſ. liber φέρειν τ' dat. Pariſ. A. C. D. φέρει, ſed in A. φέροι correctum.

5. Οἶκος δὲ δὴ τί] Sic Guelf. Lipſ. Villoiſ. et Pariſ. A. C. Vulgo δὴ abeſt. δοκεῖν Pariſ. C. Deinde ordinem verborum ex Guelf. mutavi vulgarem hunc ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας ἐκέκ. in Guelf. καὶ manus ſecunda addidit.

δοκεῖ, καὶ εἰ μηδ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει εἴη τῷ κεκτημένῳ,
πάντα τοῦ οἴκου εἶναι ὅσα τις κέκτηται. Οὐκοῦν καὶ 6
ἐχθροὺς κέκτηνταί τινες; Νὴ Δία, καὶ πολλούς γε
ἔνιοι. Ἦ καὶ κτήματα αὐτῶν φήσομεν εἶναι τοὺς
ἐχθρούς; Γελοῖον μέν τ' ἂν εἴη, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, εἰ ὁ
τοὺς ἐχθροὺς αὔξων προσέτι καὶ μισθὸν τούτου φέροιτο.
Ὅτι τοι ἡμῖν ἐδόκει οἶκος ἀνδρὸς εἶναι ὅπερ κτῆσις. Νὴ 7
Δί', ἔφη ὁ Κριτόβουλος, ὅ τι γέ τις ἀγαθὸν κέκτηται·
οὐ μὰ Δί', οὐκ, εἴ τι κακὸν, τοῦτο κτῆμα ἐγὼ καλῶ.
Σὺ δ' ἔοικας τὰ ἑκάστῳ ὠφέλιμα, κτήματα καλεῖν.
Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη· τὰ δέ γε βλάπτοντα ζημίαν ἔγωγε
νομίζω μᾶλλον ἢ χρήματα. Κἂν ἄρα γέ τις, ἵππον 8
πριάμενος, μὴ ἐπίστηται αὐτῷ χρῆσθαι, ἀλλὰ κατα-
πίπτων ἀπ' αὐτοῦ κακὰ λαμβάνῃ, οὐ χρήματα αὐτῷ
ἐστιν ὁ ἵππος; Οὐκ, εἴπερ τὰ χρήματά γ' ἐστὶν ἀγα-

6. κτήματα] Lipfienfis ita collocat verba: κτήματα φήσομεν αὐτῶν εἶναι.

εἴη] Verbum omifit Parif. A. In Guelf. manus fecunda εἴη addidit. Deinde εἰς τοὺς ἐχθροὺς Parif. C. D. fed in C. figma damnatur.

φέροιτο] Vulgatum φέροι monente Zeunio correxit Weifke.

7. Ὅτι τοι] Elliptice dictum cum Zeunio Weifke interpretatur: *Equidem fic putabam, ideo quod nobis videbatur* etc. Contra Wyttenbach ad Plutarchum de S. N. Vind. p. 89. corrigi voluit οὔτι τοι, *annon*. Mihi etiam vulgata fcriptura vitium contraxiffe videtur. Deinde ὅπερ καὶ κτῆσις Parif. D. poftea ὅτι γε τόσον Parif. C. ὅτι γε τοι D.

τοῦτο κτῆμα] Hunc ordinem verborum auribus gratiorem dedit Guelf. Lipf. Parif. A. C. D. vulgo κτῆμα antecedit. τοῦτο τὸ καλῶ margo Villoif.

Σὺ δ' ἔοικας] Suprafcriptum in libro Lipfienfi δὲ addidi.

νομίζω μᾶλλον] Hunc ordinem verborum ex Guelf. Parif. A. C. D. Lipf. fecutus erat Zeune, antiquum μᾶλλον νομίζω reduxit Weifke. Mihi vero prius γε difplicet, et delendum videbatur: nunc video alterum in Parif. C. D. omitti. Ceterum ludit Socrates ambiguitate vocabulorum κτήματα et χρήματα, quæ hac quidem in difputatione idem fere valere dici poffunt, et ordinem argumentationis veritatemque non pervertunt. Alibi tamen infignis eft eorum diverfitas. Ifocrates Apolloniates in Or. ad Demonicum: Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις. Ita enim Augerius ex 4. Codd. recte fcripfit pro vulgato χρῆσθαι, quod mirum in modum interpretatur nuperus Editor Halenfis p. 9. iterumque in Addendis p. 60.

8. ἐπίστηται] Sic Zeune vulgatum ἐπίσταιτο correxit, quod in Guelf. fupra fcripturam ἐπίσταται (quæ etiam in Lipf. eft) manus fecunda addidit. Parif. D. ἐπίστατο. Deinde τῷ αὐτῷ Guelf.

χρήματά γ' ἐστὶν] Ex Lipf. libro γε cum Weifkio inferui.

θόν. Οὐδ᾽ ἄρα γε ἡ γῆ ἀνθρώπῳ ἐστὶ χρήματα, ὅστις
οὕτως ἐργάζεται αὐτὴν ὥστε ζημιοῦσθαι ἐργαζόμενος.
Οὐδὲ ἡ γῆ μέντοι χρήματά ἐστιν, εἴπερ, ἀντὶ τοῦ τρέφειν,
9 πεινῆν παρασκευάζει. Οὐκοῦν καὶ τὰ πρόβατα ὡσαύ-
τως, εἴτις διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι προβάτοις χρῆσθαι
ζημιοῖτο, οὐδὲ τὰ πρόβατα χρήματα τούτῳ εἴη ἄν;
Οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ. Σὺ ἄρα, ὡς ἔοικε, τὰ μὲν ὠφε-
λοῦντα χρήματα ἡγῇ, τὰ δὲ βλάπτοντα οὐ χρήματα.
10 Οὕτως. Ταὐτὰ ἄρα ὄντα, τῷ μὲν ἐπισταμένῳ χρῆσθαι
αὐτῶν ἑκάστοις χρήματά ἐστι, τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐ
χρήματα· ὥσπέρ γε αὐλοὶ τῷ μὲν ἐπισταμένῳ ἀξίως
λόγου αὐλεῖν χρήματά εἰσι, τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ οὐδὲν
μᾶλλον ἢ ἄχρηστοι λίθοι, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτό γε αὐτούς.
11 Τοῦτ᾽ αὐτὸ φαίνεται ἡμῖν, ἀποδιδομένοις μὲν οἱ αὐλοὶ
χρήματα, μὴ ἀποδιδομένοις δὲ, ἀλλὰ κεκτημένοις, οὔ,
τοῖς μὴ ἐπισταμένοις αὐτοῖς χρῆσθαι. Καὶ ὁμολογου-
μένως γε, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος ἡμῖν χωρεῖ, ἐπείπερ εἴ-
ρηται τὰ ὠφελοῦντα χρήματα εἶναι. Μὴ πωλούμενοι
μὲν γὰρ οὐ χρήματά εἰσιν οἱ αὐλοί· (οὐδὲν γὰρ χρήσιμοί
12 εἰσι) πωλούμενοι δὲ χρήματα. Πρὸς ταῦτα δ᾽ ὁ Σω-
κράτης εἶπεν, ἢν ἐπίστηταί γε πωλεῖν. Εἰ δὲ πωλοίη αὖ
πρὸς τοῦτον, ὃς μὴ ἐπίστηται χρῆσθαι, οὐδὲ πωλούμενοι
εἰσὶ χρήματα, κατά γε τὸν σὸν λόγον. Λέγειν ἔοικας,

ὅστις] In Guelf. a prima manu fuit ὥστις ſcriptum.

μέντοι χρήματά] Lipſ. Pariſ. A. C. D. Guelf. χρῆμα dant, ſed Guelf. τα ſupraſcriptum addit.

9. τὰ μὲν ὠφ.] Male Juntina articulum omiſit.

Οὕτως] Guelf. a prima manu οὕτω ſcriptum habet.

10. ἢ ἄχρηστοι λίθοι] Guelf. ἢ οἱ ἄχρηστοι λ. quo articulo addito, cauſa ſuſpicionis Zeunianæ concidit, fuiſſe tibias unquam ex marmore aut lapide factas. Deinde Pariſ. A. male dat εἰ μὲν ἀποδ.

11. Τοῦτ᾽ αὐτὸ] Sic probante Weiſkio ſcripſi pro τοῦτ᾽ αὖ. Hoc ipſum conſequitur ex iis, quæ antea diſputavimus.

οὔ, τοῖς μὴ] Juntina μὴ omiſit. Mihi vero præterea τοῖς γε μὴ ſcribendum videtur.

μὲν γὰρ] Pariſ. D. μὲν omittit, deinde οὐδὲ γὰρ Pariſ. B.

12. ἢν ἐπίστηταί] Lipſ. ἐπίσταται. Intellige τὶς. Deinde μὴ ἐπιστῆται Lipſ.

ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸ ἀργύριόν ἐστι χρήματα, εἰ μήτις
ἐπίσταιτο χρῆσθαι αὐτῷ. Καὶ σὺ δέ μοι δοκεῖς οὕτω 13
συνομολογεῖν, ἀφ' ὧν τις ὠφελεῖσθαι δύναται, χρήματα
εἶναι. Εἰ γοῦν τις χρῷτο τῷ ἀργυρίῳ, ὥστε πριάμενος
οἷον ἑταίραν, διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχοι, κάκιον
δὲ τὴν ψυχὴν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον, πῶς ἂν ἔτι τὸ ἀργύ-
ριον αὐτῷ ὠφέλιμον εἴη; Οὐδαμῶς· εἰ μή περ γε καὶ
τὸν ὑοσκύαμον καλούμενον χρήματα εἶναι φήσομεν, ὑφ'
οὗ οἱ φαγόντες αὐτὸν παραπλῆγες γίνονται. Τὸ μὲν δὴ 14
ἀργύριον, εἰ μήτις ἐπίσταιτο αὐτῷ χρῆσθαι, οὕτω πόῤῥω
ἀπωθείσθω, ὦ Κριτόβουλε, ὥστε μηδὲ χρήματα εἶναι.
Οἱ δὲ φίλοι, ἤν τις ἐπίστηται αὐτοῖς χρῆσθαι, ὥστε
ὠφελεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν, τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι; Χρή-
ματα, νὴ Δί', ἔφη ὁ Κριτόβουλος, καὶ πολύ γε μᾶλλον
ἢ τοὺς βοῦς, ἢν ὠφελιμώτεροί γε ὦσι τῶν βοῶν. Καὶ οἱ 15
ἐχθροὶ ἄρα, κατά γε τὸν σὸν λόγον, χρήματά εἰσι τῷ
δυναμένῳ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Ἔμοιγ' οὖν
δοκεῖ. Οἰκονόμου ἄρα ἐστὶν ἀγαθοῦ καὶ τοῖς ἐχθροῖς
ἐπίστασθαι χρῆσθαι, ὥστε ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν.
Ἰσχυρότατά γε. Καὶ γὰρ δὴ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Κριτό-
βουλε, ὅσοι μὲν δὴ οἶκοι ἰδιωτῶν εἰσὶν ηὐξημένοι ἀπὸ
πολέμου, ὅσοι δὲ τυράννων. Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν καλῶς 16

ἐπίσταιτο] Edd. vett. ἐπίστητο, Guelf. Lipſ. Pariſ. A. B. C. D. Caſtal. ἐπιστῆται. Optativum dedit Stephanus.

13. εἰ μή περ γε] Juntina cum Pariſ. B. omittit μὴ, Aldina περ, Pariſ. D. γε. In Guelf. varietas εἴ περ γε in margine annotatur. εἰ μὴ περὶ margo Villoiſ. Cf. cap. vii. ſect. 17. Deinde ὑοσκίαμον edd. vett. υἱοσκύαμον Lipſ.

αὐτὸν] Pronomen cum Guelf. addit Stephanus. αὐτοὶ Pariſ. A. D. αὐτὸ C.

14. μὲν δὴ] Pariſ. B. μέντοι.

τις ἐπίστηται] Edd. vett. ἐπίσταιτο, quod in Guelf. ſupraſcriptum eſt. Poſtea ὠφελιμώτερον Pariſ. C. dat.

15. ἐχθροὶ] Lipſ. et Guelf. ἐχθροί γε dant cum margine Villoiſ. et Pariſ. A. C. D. ſed altero loco D. omiſit γε.

ἐστὶν ἀγαθοῦ] Hunc ipſum locum laudavit et copioſa diſputatione explicuit Plutarchus.

δὴ ὁρᾷς] Pariſ. A. δὴ omiſit. Deinde ὅσοι μέντοι οἶκοι Pariſ. B. ηὐξημένοι εἰσὶν A. C. D.

ὅσοι δὲ τυράννων] Vulgatum ὅσοι δὲ ἀπὸ τυραννιῶν ſic correxit Weiſke. Scripturam τυράννων probavit Camerarius et e margine Steph. recepit Bach. At ſic τύραννοι in numero ini-

ἔμοιγε δοκεῖ λέγεσθαι, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Κριτόβουλος· ἐκεῖνο δ' ἡμῖν τί φαίνεται, ὁπόταν ὁρῶμέν τινας ἐπιστήμας μὲν ἔχοντας καὶ ἀφορμὰς, ἀφ' ὧν δύνανται ἐργαζόμενοι αὔξειν τοὺς οἴκους, αἰσθανόμεθα δὲ αὐτοὺς ταῦτα μὴ θέλοντας ποιεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ὁρῶμεν ἀνωφελεῖς οὔσας αὐτοῖς τὰς ἐπιστήμας; Ἄλλο τι ἢ τούτοις αὖ οὔτε
17 αἱ ἐπιστῆμαι χρήματά εἰσιν οὔτε τὰ κτήματα; Περὶ δούλων μοι, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐπιχειρεῖς, ὦ Κριτόβουλε, διαλέγεσθαι; Οὐ μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἔγωγε· ἀλλὰ καὶ πάνυ εὐπατριδῶν δοκούντων γε ἐνίων εἶναι, οὓς ἐγὼ ὁρῶ τοὺς μὲν καὶ πολεμικὰς, τοὺς δὲ καὶ εἰρηνικὰς ἐπιστήμας ἔχοντας, ταύτας δὲ οὐκ ἐθέλοντας ἐργάζεσθαι, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δεσπότας οὐκ ἔχοιεν.
18 Καὶ πῶς ἂν, ἔφη ὁ Σωκράτης, δεσπότας οὐκ ἔχοιεν, εἰ εὐχόμενοι εὐδαιμονεῖν, καὶ ποιεῖν βουλόμενοι ἀφ' ὧν ἔχοιεν ἀγαθὰ, ἔπειτα κωλύονται ποιεῖν ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀρχόντων; Καὶ τίνες δὴ οὗτοι εἰσὶν, ἔφη ὁ Κριτόβουλος, οἳ
19 ἀφανεῖς ὄντες ἄρχουσιν αὐτῶν; Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, οὐκ ἀφανεῖς εἰσιν, ἀλλὰ καὶ πάνυ φανεροί.

micorum generatim habentur, qui quidem δήμῳ tantum invisi fuerunt et damno potius. ἀπὸ τυραννιῶν prætulit Zeune, quæ est lectio Codd. Strebæi, Lipf. Guelf. Parif. A. B. C. In D. τυραννιῶν est a correctoris manu. Sed recte monet Weiske Xenophonteum esse τυραννίδων. Deinde manifestum est verba ὅσοι μὲν οἶκοι ἰδιωτῶν flagitare aliquod nomen, quod ἰδιώταις opponatur. Quod nisi significare voluisset scriptor, simpliciter ὅσοι μὲν οἶκοι ηὐξημένοι εἰσὶν ἀπὸ πολέμου dixisset. Ceterum numerosior erat oratio, si ὅσοι δὲ καὶ τυράννων scriptum esset.

16. ἔμοιγε] Guelf. γε a secunda manu additum habet. Edd. vett. paulo ante γὰρ omittunt cum Parif. B. D.

τὰ κτήματα] Articulum ex Guelf. marg. Villoif. et Parif. A. addidit Zeune. Sunt quæ antea ἀφορμαὶ dicebantur.

17. γε ἐνίων] Guelf. Lipf. ἐνίων γε. Parif. A. C. D. εὐπ. ἐνίων γε δοκούντων εἶναι dant. Ante πολεμικὰς Juntina copulam rectius omittere videtur cum Parif. B. Sequens ταύτας omittit Parif. C.

ἔχοιεν] Tempus insolens mihi videtur in hoc loco, a librariis forte huc ex sequentibus translatum. ὅτι omisit Parif. A.

18. εἰ εὐχόμενοι] Parif. C. οἱ εὐχόμ. quod placere potest lectori.

οὗτοι εἰσὶν, ἔφη] Ita cum Guelf. Lipf. Parif. A. scripsi præeunte Weiskio, cum vulgo esset δὴ, ἔφη, εἰσὶν οὗτοι, ὁ Κρ. Parif. A. C. D. καὶ τίνες δή εἰσιν οὗτοι.

καὶ ὅτι πονηρότατοί γε εἰσὶν, οὐδέ σε λανθάνουσιν, εἴπερ
πονηρίαν γε νομίζεις ἀργίαν τ' εἶναι καὶ μαλακίαν ψυ-
χῆς καὶ ἀμέλειαν. Καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶν ἀπατηλαί τινες 20
δέσποιναι προσποιούμεναι ἡδοναὶ εἶναι, κυβεῖαί τε καὶ
ἀνωφελεῖς ἀνθρώπων ὁμιλίαι, αἳ προϊόντος τοῦ χρόνου
καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξαπατηθεῖσι καταφανεῖς γίγνονται,
ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι, αἳ διακω-
λύουσιν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὠφελίμων ἔργων κρατοῦσαι.
Ἀλλὰ καὶ ἄλλοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐργάζεσθαι μὲν οὐ 21
κωλύονται ὑπὸ τούτων, ἀλλὰ καὶ πάνυ σφοδρῶς πρὸς τὸ
ἐργάζεσθαι ἔχουσι καὶ μηχανᾶσθαι προσόδους· ὅμως
δὲ καὶ τοὺς οἴκους κατατρίβουσι, καὶ ἀμηχανίᾳ συνέ-
χονται. Δοῦλοι γάρ εἰσι καὶ οὗτοι, ἔφη ὁ Σωκράτης, 22
καὶ πάνυ γε χαλεπῶν δεσποινῶν, οἱ μὲν λιχνειῶν, οἱ δὲ
λαγνειῶν, οἱ δὲ οἰνοφλυγιῶν, οἱ δὲ φιλοτιμιῶν τινων μω-
ρῶν καὶ δαπανηρῶν, ἃ οὕτω χαλεπῶς ἄρχει τῶν ἀνθρώ-
πων, ὧν ἂν ἐπικρατήσωσιν, ὥσθ', ἕως μὲν ἂν ὁρῶσιν

19. εἴπερ πονηρίαν γε] Weiſke πονηράν γε ſcribendum cenſet, cui aſſentior. Paullo ante πονηροί γε ἦσαν margo Villoiſ.

20. γίγνονται] Guelf. Pariſ. A. C. D. γίνονται. Deinde ἦσαν idem cum Lipſ. et Steph. Edd. vett. εἰσὶν dant.

περιπεπεμμέναι] Ita Codd. Pariſ. C. D. Lipſ. et Guelf. Vulgatum ante Weiſkium περιπεπλεγμέναι in Guelf. ſupraſcriptum eſt, quod annotare omiſit Zeune. Pariſ. B. περιπλεγμέναι, A. πεπεμμέναι dat.

21. ὦ Σώκρατες] Hoc pro vulgato ὁ Σωκράτης ex Codd. Strebæi, Camerarii, Guelf. marg. Villoiſ. et Lipſ. dedit Zeune.

πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι] Pæne recepiſſem τῷ ex Aldina, Juntina et Lipſ. libro in locum τὸ vulgati, veluti pro προσέχουσι dictum. Aliter eſt in libro de Venatione x. 11. ἐὰν—ἐπανιεὶς (aper) ἔχῃ πρὸς τὸν προσιόντα i. e. ſe convertat adverſus accedentem. Apud Thucydidem tamen v. 73. eſt ἔχειν γνώμην πρὸς τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις, et in Platonis Gorgia ſect. 60. πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχων. ſed exemplum quæro, ubi nomen abſit. Sed retinuit me locus ſimillimus cap. xii. 16. καὶ πρὸς τὸ φιλοκερδεῖς εἶναι μετρίως ἔχουσιν. ubi vulgatum τῷ cum Stephano correxit Zeune ex Guelf. Si προσέχουσι locum haberet hic, tum σφόδρα dictum oportebat, non σφοδρῶς.

ἀμηχανίᾳ] Guelf. Pariſ. A. C. D. ἀμηχανίαις, Lipſ. ἀμηχανίας. Pariſ. A. κατατρίβονται dat.

22. δεσποτῶν] Cum Weiſkio δεσποινῶν ſcribere ſum auſus ex ſect. 23. et cap. ii. ſect. 1. Ciceronis *voluptates, blandiſſimæ dominæ*, Offic. ii. 11. comparat Weiſke.

οἰνοφλυγιῶν] Edd. vett. οἰνοφλαγιῶν, in Guelf. οἰνοφλεγιῶν ſupraſcriptum eſt.

ὁρῶσιν] Pariſ. A. ὁρῶντας. C. omittit ἄν.

ἡβῶντας αὐτοὺς καὶ δυναμένους ἐργάζεσθαι, ἀναγκά-
ζουσι φέρειν, ἃ ἂν αὐτοὶ ἐργάσωνται, καὶ τελεῖν εἰς τὰς
αὐτῶν ἐπιθυμίας· ἐπειδὰν δὲ αὐτοὺς ἀδυνάτους αἴσθων-
ται ὄντας ἐργάζεσθαι διὰ τὸ γῆρας, ἀπολείπουσι τούτους
κακῶς γηράσκειν, ἄλλοις δ' αὖ πειρῶνται δούλοις χρῆ-
23 σθαι. Ἀλλὰ δεῖ, ὦ Κριτόβουλε, πρὸς ταύτας οὐχ ἧσ-
σον διαμάχεσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίας, ἢ πρὸς τοὺς σὺν
ὅπλοις πειρωμένους καταδουλοῦσθαι. Πολέμιοι μὲν οὖν
ἤδη ὅταν καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες καταδουλώσωνταί τινας,
πολλοὺς δὴ βελτίους ἠνάγκασαν εἶναι σωφρονίσαντες,
καὶ ῥᾷον βιοτεύειν τὸν λοιπὸν χρόνον ἐποίησαν· αἱ δὲ τοι-
αῦται δέσποιναι αἰκιζόμεναι τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων
καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τοὺς οἴκους οὔποτε λήγουσιν, ἔστ' ἂν
ἄρχωσιν αὐτῶν.

CAPUT II.

Ὁ οὖν Κριτόβουλος ἐκ τούτων ὧδέ πως εἶπεν· ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἀρκούντως πάνυ μοι δοκῶ τὰ λεγόμενα ὑπὸ σοῦ ἀκηκοέναι· αὐτὸς δ' ἐμαυτὸν ἐξετάζων δοκῶ μοι εὑρίσκειν ἐπιεικῶς τῶν τοιούτων ἐγκρατῆ ὄντα, ὥστ' εἴ μοι συμβουλεύοις ὅ τι ἂν ποιῶν αὔξοιμι τὸν οἶκον, οὐκ ἄν μοι δοκῶ ὑπό γε τούτων, ὧν σὺ δεσποινῶν καλεῖς, κωλύεσθαι· ἀλλὰ θαῤῥῶν συμβούλευε ὅ τι ἔχεις ἀγαθόν· ἢ κατέγνωκας ἡμῶν, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς πλου-

φέρειν] Parif. A. φανερὸν—ἐργάζονται.

23. πρὸς ταύτας] Pro vulgato ταῦτα fcribere aufus fum. Sunt ἐπιθυμίαι, quas antea δεσπότας vel δεσποίνας vocaverat.

Πολέμιοι μὲν οὖν] Guelf. Lipf. πολέμιοι γοῦν.

σωφρονίσαντες] Cum Stephano prætuli vulgato σωφρονήσαντας.

τὸν λοιπὸν] In his verbis definit Codex Parif. B.

καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τοὺς οἴκους] In his concinnitatem Xenophonteam equidem defidero. Debebat enim fequi καὶ λυμαινόμεναι τὰς ψυχὰς, καὶ κατατρίβουσαι τοὺς οἴκους. Nec fatis commode verbum αἰκιζόμεναι copulatur cum οἴκους.

Cap. II. ὅ τι ἔχεις] Male Parif. A. ἔχοις exhibet fcriptum. Paulo antea Parif. C. D. πάνυ μοι δοκοῦν, et C. συμβουλεύεις dant, καλεῖς omittit C.

τεῖν, καὶ οὐδὲν δοκοῦμέν σοι προσδεῖσθαι χρημάτων;
Οὔκουν ἔγωγ', ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ καὶ περὶ ἐμοῦ λέγεις, 2
οὐδέν μοι δοκῶ προσδεῖσθαι χρημάτων, ἀλλ' ἱκανῶς
πλουτεῖν· σὺ μέντοι γε, ὦ Κριτόβουλε, πάνυ μοι δοκεῖς
πένεσθαι, καὶ, ναὶ μὰ Δί', ἔστιν ὅτε καὶ πάνυ οἰκτείρω
σε ἐγώ. καὶ ὁ Κριτόβουλος γελάσας εἶπε· Καὶ πόσον 3
ἂν πρὸς τῶν θεῶν οἴει, ὦ Σώκρατες, ἔφη, εὑρεῖν τὰ σὰ
κτήματα πωλούμενα; Πόσον δὲ τὰ ἐμά; Ἐγὼ μὲν οἶ-
μαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοιμι, εὑ-
ρεῖν ἄν μοι σὺν τῇ οἰκίᾳ καὶ τὰ ὄντα πάντα πάνυ ῥᾳδίως
πέντε μνᾶς· τὰ μέντοι σὰ ἀκριβῶς οἶδα ὅτι πλέον ἂν
εὕροι ἢ ἑκατονταπλασίονα τούτου. Κᾆτα οὕτως ἐγνω- 4
κὼς, σὺ μὲν οὐχ ἡγῇ προσδεῖσθαι χρημάτων, ἐμὲ δὲ
οἰκτείρεις ἐπὶ τῇ πενίᾳ; Τὰ μὲν γὰρ ἐμὰ, ἔφη, ἱκανά
ἐστιν ἐμοὶ παρέχειν τὰ [ἐμοὶ] ἀρκοῦντα· εἰς δὲ τὸ σὸν
σχῆμα, ὃ σὺ περιβέβλησαι, καὶ τὴν σὴν δόξαν, οὐδ' εἰ
τρὶς ὅσα νῦν κέκτησαι προσγένοιτό σοι, οὐδ' ὣς ἂν ἱκανά
μοι δοκεῖ εἶναί σοι. Πῶς δὴ τοῦτ'; ἔφη ὁ Κριτόβουλος.
Ἀπεφήνατο ὁ Σωκράτης, ὅτι πρῶτον μὲν ὁρῶ σοι ἀνάγκην 5
οὖσαν θύειν πολλά τε καὶ μεγάλα, ἢ οὔτε θεοὺς οὔτε

2. μέντοι γε] Junt. Ald. μέντοι μοι. Contra γε omittunt Castal. Guelf. Lips. Paris. A. C. D.

3. πόσον] Vitium Stephani edd. est πόσου; deinde ἔφη, ὦ Σώκρατες, dat Guelf. Paulo post πόσων Guelf.

ἔφη ὁ Σωκράτης] Male Lips. Codex ἔφη ὦ Σώκρατες cum Paris. A. C. D. Verba εὑρεῖν ἄν μοι omisit Paris. C.

σὺν τῇ οἰκίᾳ καὶ] Copulam abesse malebat Weiske. Mihi usus Platonicus et Xenophonteus flagitare eam videbatur. Similis est formula παιδικοῖς δὲ ἐραστὴς πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ εἰς τὸ συνημερεύειν πάντων ἀηδέστατον in Platonis Phædro sect. 37. p. 230. ed. Heindorfii; cf. Charmidem sect. 36. p. 98.

πάντα] Omittunt edd. vett. De fortunis Socratis memorabilis est locus in Apologia Libanii tom. iii. p. 7. ed. Reiskii: ὀγδοήκοντα μνᾶς αὐτῷ τοῦ πατρὸς, ἡνίκα ἐτελεύτα, παραδόντος, καὶ ταύτας ἡλικιωτοῦ τινος ἐπ' ἐργασίᾳ λαβόντος, ἔπειτα περὶ τὴν ἐργασίαν ἀτυχήσαντος, σιγῇ τὸ συμβὰν ἤνεγκε Σωκράτης. Plutarchus in Aristide cap. i. καὶ γὰρ Σωκράτει φησὶ (Demetrius Phalereus) οὐ μόνον γῆν οἰκείαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ μνᾶς ἑβδομήκοντα τοκιζομένας ὑπὸ Κρίτωνος. unde Libanio lux affulget. Crito videtur esse Socratis ille discipulus, Critobuli pater.

4. τὰ ἐμοὶ ἀρκοῦντα] Liber Lips. recte ἐμοὶ omittere videtur. ἱκανά ἐστιν τὰ ἐμοὶ Paris. A.

οὐδ' ὣς ἂν] Male ἂν omittunt edd. vett.

5. ἢ οὔτε θεοὺς] Sic cum Stephano

ἀνθρώπους οἶμαί σε ἂν ἀνασχέσθαι· ἔπειτα ξένους
προσήκει σοι πολλοὺς δέχεσθαι, καὶ τούτους μεγαλο-
πρεπῶς· ἔπειτα δὲ πολίτας δειπνίζειν καὶ εὖ ποιεῖν, ἢ
6 ἔρημον συμμάχων εἶναι. Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθά-
νομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπ-
ποτροφίας τε καὶ χορηγίας, καὶ γυμνασιαρχίας, καὶ
προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ
τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προσ-
τάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις. Ὅπου δ' ἂν ἐν-
δεῶς δόξῃς τι τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σε τιμωρήσονται Ἀ-
θηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὑτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.
7 Πρὸς δὲ τούτοις ὁρῶ σε οἰόμενον πλουτεῖν, καὶ ἀμελῶς
μὲν ἔχοντα πρὸς τὸ μηχανᾶσθαι χρήματα, παιδικοῖς δὲ
πράγμασι προσέχοντα τὸν νοῦν, ὥσπερ ἐξόν σοι. Ὧν
ἕνεκα οἰκτείρω σε, μή τι ἀνήκεστον κακὸν πάθῃς, καὶ
8 εἰς πολλὴν ἀπορίαν καταστῇς. Καὶ ἐμοὶ μέν, εἴτι καὶ
προσδεηθείην, οἶδ' ὅτι καὶ σὺ γινώσκεις, ὡς εἰσίν, οἳ καὶ
ἐπαρκέσειαν, ὥστε πάνυ μικρὰ πορίσαντες, κατακλύ-

πρὸς τὸν πόλον] Edd. vett. πόλιν. πόλον habet margo Villoiſ. Camerarii conjecturam πρὸς τοὔμπαλιν *retro* probavit cum Leonclavio Welſius. Erneſti πρὸς τὸν πολλοστὸν vel τὸ πολλοστὸν conjicit, intellecto τόπον vel μέρος. Strebæus *acervum*, σωρὸν, interpretatus eſt. Zeune πόλον *arvum* interpretatur, ſecundum ſermonis græci uſum, qui in πολεῖν, ἀναπολεῖν, τρίπολος γῆ ſpectatur. Sed vocabuli ſignificatio ea nuſpiam obvia eſt. Portus ex Suida, qui πόλον, τὸ περιέχον ἅπαν interpretatur, πόλον h. l. τόπον τὸν περιέχοντα, *extremam lineam, oram, quæ ambit et undequaque terminat aream*, putat eſſe; cui accedit Weiſke. Gallus Villebrune apud Galium θολὸν conjiciebat, quod ipſum vocabulum eſt in margine Pariſ. D. ſcriptum. εἰς τὸν κενὸν habet Codex A. Mihi ſic videtur. Ut polus terræ axis dicitur apud Varronem, ſic palus in media area rotunda defixus, circa quem aguntur in gyrum jumenta, πόλος dicitur. Eum pangunt hodieque in area media eique equos alligant incolæ Cherſoneſi Tauricæ (Krym) monente Pallas, (Neue Reiſen tom. ii. p. 401.) Pictura appoſita p. 345. modum docet. Aream rotundam medio paulo extumidam, et in agri loco ſublimiori ſitam habes apud Varronem R. R. i. 51. ubi vide annotata.

γένοιτο, κἂν ἄλλον δύναιο διδάσκειν. Ταῦτα τοίνυν, ἔφην ἐγώ, ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος καὶ πάλαι. Ἐννοῶ ἄρα, εἰ λέληθα καὶ χρυσοχοεῖν καὶ αὐλεῖν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιστάμενος. Ἐδίδαξε γάρ οὔτε ταῦτά με οὐδεὶς, οὔτε γεωργεῖν· ὁρῶ δ', ὥσπερ γεωργοῦντας, καὶ
10 τὰς ἄλλας τέχνας ἐργαζομένους ἀνθρώπους. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἔλεγον ἐγώ σοι πάλαι, ὅτι καὶ ταύτῃ εἴη γενναιοτάτη ἡ γεωργικὴ τέχνη, ὅτι καὶ ῥᾴστη ἐστι μαθεῖν. Ἄγε δὴ ἔφην ἐγώ, οἶδα, Ἰσχόμαχε· τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ σπόρον [ἐπιστάμενος] ἄρα ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος.

CAPUT XIX.

1 ΕΣΤΙΝ οὖν, ἔφην ἐγώ, τῆς γεωργικῆς τέχνης καὶ ἡ τῶν δένδρων φυτεία; Ἔστι γὰρ οὖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος. Πῶς ἂν οὖν, ἔφην ἐγώ, τὰ μὲν ἀμφὶ τὸν σπόρον ἐπι-
2 σταίμην, τὰ δ' ἀμφὶ τὴν φυτείαν οὐκ ἐπίσταμαι; Οὐ γὰρ σύ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ἐπίστασαι; Πῶς; ἐγὼ ἔφην, ὅστις μήτ' ἐν ὁποίᾳ τῇ γῇ δεῖ φυτεύειν οἶδα, μήτε ὁπόσον βάθος ὀρύττειν τὸ φυτὸν, μήτε ὁπόσον πλάτος,

9. καὶ πάλαι. Ἐννοῶ] Guelf. ἐπιστάμενος· καὶ πάλαι ἐννοῶ ἄρα distinguit. Parif. A. ἐλελήθην dat.

Ἐδίδαξε γάρ] Guelf. ἐδίδαξέ με γὰρ habet; ex eodem et Parif. A. C. D. οὔτε γεωργεῖν recepit Zeune pro vulgato οὕτω γεωργεῖν, quod Stephanus mutari voluit in οὔπω.

ὁρῶ δ'—ἀνθρώπους] Quo pertineant hæc, equidem comminifci non posſum. ἄλλας τέχνας cur commemorat, qui antea χρυσοχόους, αὐλητὰς et ζωγράφους tantum nominaverat? Adſcripſit Zeune ad verba καὶ τὰς ἄλλας vocabulum οὕτω, quaſi interpretandi cauſa. Sed quam rationem in exercendis illis artibus Xenophontem ſpectaſſe judicaverit, non addidit. An fuit olim ταύτας τὰς τέχνας ſcriptum? Vide annotanda ad cap. xix. ſect. 16.

10. Ἄγε δὴ—Ἰσχόμαχε] H. Stephanus probante Bachio Τάγε δὴ i. e. ταῦτα δὴ ſcribi voluit; ſed totum membrum hoc orationis alienum eſſe cenſeo ab hoc loco. In Guelf. ἄγε ex correctione eſt; antea fuit ἴγε vel ἔγε. In Parif. A. C. D. eſt οἶδα ὦ Ἰσχόμαχε.

[ἐπιστάμενος] Repetitum participium ſecluſi. Sequens ἄρα ad ſequentia refert Zeune, mihi importunum et inutile viſum.

Cap. XIX. 1. Ἔστιν οὖν] Guelf. ἔστισ' οὖν dat. Parif. C. D. ἔστι δ' οὖν.

2. γῇ δεῖ] Omiſit δεῖ Juntina, poſt φυτεύειν inſeruit Caſtalio.

ὀρύττειν τὸ φυτὸν] Planta non fodi-

μήτε ὁπόσον μῆκος τὸ φυτὸν ἐμβαλεῖν, μήτε ὅπως ἂν
ἐν τῇ γῇ κείμενον τὸ φυτὸν μάλιστ' ἂν βλαστάνοι. Ἴθι 3
δὴ, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, μάνθανε, ὅ τι μὴ ἐπίστασαι.
Βοθύνους μὲν γὰρ οἵους ὀρύττουσι τοῖς φυτοῖς, οἶδ' ὅτι
ἑώρακας, ἔφη. Καὶ πολλάκις ἔγωγε, ἔφην. Ἤδη
τινὰ οὖν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδου; Οὐδὲ, μὰ
Δί', ἔγωγ', ἔφην, πενθημιποδίου. Τί δὲ, τὸ πλάτος
ἤδη τινὰ τριπόδου πλέον εἶδες; Οὐδὲ, μὰ Δί', ἔφην,
ἐγὼ διπόδου. Ἴθι δὴ, ἔφη, καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι, 4
ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἐλάττονα ποδιαίου; Οὐδὲ, μὰ
Δί', ἔφην, ἔγωγε τριημιποδίου. Καὶ γὰρ ἐξορύττοιτο ἂν
σκαπτόμενα, ἔφην ἐγὼ, τὰ φυτὰ, εἰ λίαν γε οὕτως ἐπι-
πολῆς πεφυτευμένα εἴη. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν, ἔφη, ὦ Σώ- 5
κρατες, ἱκανῶς οἶσθα, ὅτι οὔτε βαθύτερον πενθημιπο-
δίου ὀρύττουσιν, οὔτε βραχύτερον τριημιποδίου. Ἀνάγκη
γὰρ, ἔφην ἐγὼ, τοῦτο ὁρᾶσθαι, οὕτω καταφανὲς ὄν. Τί 6
δὲ, ἔφη, ξηροτέραν καὶ ὑγροτέραν γῆν γιγνώσκεις ὁρῶν;
Ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγὼ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυ-
καβηττὸν, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία· ὑγρὰ δὲ, ἡ ἐν τῷ Φαλη-
ρικῷ ἕλει, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία. Πότερα οὖν, ἔφη, ἐν τῇ 7
ξηρᾷ ἂν βαθὺν ὀρύσσοις βόθρον τῷ φυτῷ, ἢ ἐν τῇ ὑγρᾷ;

tur, ſed terra, in qua plantatur. Igitur τὸ φυτὸν ex ſequentibus alienum in locum immigrarunt.

ὅπως ἂν] Edd. vett. cum Pariſ. A. C. D. ὅπως ἐὰν, Guelf. ἐᾶν dat.

3. πολλάκις ἔγωγε, ἔφην] Male vulgo diſtinguitur πολλάκις, ἔγωγε ἔφην. ut poſtea ſect. 4. ἔφην ἔγωγε, τριημιποδίου, et ſtatim hac ipſa ſectione. Sequens εἶδες omittit Pariſ. C.

πενθημιποδίου] Juntina πενθημιτριδίου.

4. ποδιαίου] Sic pro vulgato διποδιαίου cum Juntina, Camerario et Leonclavio ſcripſit Zeune.

ἐξορύττοιτο] Guelf. ἐξορύττοιντο.

5. πενθημιποδίου] Pariſ. A. πενθημιποδιαίου dat. Margo Steph. πενθημιπόδου, et mox cum Guelf. τριημιπόδου. Huc reſpexit Plinius xvii. ſect. 16. *Eadem menſura Græci auctores conſentiunt non altiores quino ſemipede eſſe debere, nec latiores duobus pedibus: nuſquam vero ſeſquipede minus altos, quoniam in humido ſolo ad vicina aquæ perveniat.*

ὁρᾶσθαι] Ex Guelf. γε adjunxit Zeune, ut eſt etiam in Pariſ. A. C. D. additum, quod adverbio οὕτω melius addetur. οὕτω Juntina omiſit. Montem Λυκαβηττὸν Pariſ. C. D. a prima manu ſcriptum habent.

Ἐν τῇ ξηρᾷ νὴ Δί', ἔφην ἐγώ· ἐπεὶ ἔν γε τῇ ὑγρᾷ ὀρύττων βαθὺν, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. Καλῶς μοι δοκεῖς, ἔφη, λέγειν. Οὐκοῦν ἐπειδὰν ὀρωρυγμένοι ὦσιν οἱ βόθροι, ὁπηνίκα δεῖ τι-
8 θέναι ἑκάτερα τὰ φυτὰ, ἤδη εἶδες; Μάλιστα, ἔφην ἐγώ. Σὺ οὖν βουλόμενος ὡς τάχιστα φῦναι αὐτὰ, πότερον ὑποβαλὼν ἂν τῆς γῆς τῆς εἰργασμένης οἴει τὸν βλαστὸν τοῦ κλήματος θᾶττον χωρεῖν διὰ τῆς μαλακῆς, ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ εἰς τὸ σκληρόν; Δῆλον, ἔφην ἐγὼ, ὅτι διὰ τῆς εἰργασμένης θᾶττον ἂν ἢ διὰ τῆς ἀργοῦ βλα-
9 στάνοι. Οὐκοῦν ὑποβλητέα ἂν εἴη τῷ φυτῷ γῆ. Τί δ' οὐ μέλλει; ἔφην ἐγώ. Πότερα δὲ ὅλον τὸ κλῆμα ὀρθὸν τιθεὶς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπον ἡγῇ μᾶλλον ἂν ῥιζοῦσθαι αὐτὸ, ἢ καὶ πλάγιόν τι ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ γῇ θείης ἂν, ὥστε κεῖσθαι ὥσπερ γάμμα ὕπτιον;
10 Οὕτω νὴ Δία· πλείονες γὰρ ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ γῆς εἶεν· ἐκ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ ἄνω ὁρῶ βλαστάνοντα τὰ φυτά. Καὶ τοὺς κατὰ τῆς γῆς οὖν ὀφθαλμοὺς ἡγοῦμαι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. Πολλῶν γὰρ φυομένων βλαστῶν κατὰ τῆς γῆς, ταχὺ ἂν καὶ ἰσχυρὸν τὸ φυτὸν

7. ὁπηνίκα—εἶδες] Hæc esse vitiosa, manifestum esse potest et debet ei, qui meminerit oculorum judicio non dirimi quæstionem, ὁπηνίκα δεῖ τιθέναι τὰ φυτά. Deinde ἑκάτερα τὰ φυτὰ non possunt esse utriusque generis plantæ: de his enim hucusque non erat disputatum. Recte igitur Weiske ἐν ἑκατέρᾳ scilicet γῇ præferebat. Lacunam igitur subesse recte suspicatus est etiam Weiske.

8. ὡς τάχιστα] Paris. C. ἂν τάχιστα, vel potius τάχυστα. Deinde τοῦ ἀργοῦ idem liber habet cum D.

9. πλάγιόν τι] Paulum obliqua, quem situm natura approbat et scriptorum consensus.

ὑπὸ τῇ ὑποβεβλημένῃ] Videtur esse debere ἐπὶ, si terra subjecta est. γῇ omittit Juntina cum Guelf.

γάμμα ὕπτιον] Litera gamma supina seu inversa in formam literæ latinæ L.

10. κατὰ γῆς] Paris. C. D. et margo Villois. κατὰ τῆς γῆς.

βλαστῶν κατὰ τῆς γῆς] Præpositionem h. l. necessariam retraxi ex eo loco, ubi erat aliena. Initio enim sequentis sectionis erat Κατὰ ταυτὰ τοίνυν et cet. Ceterum πολλῶν γὰρ cum Stephano dedit Weiske, πολλῶν δὲ cum Strebæo interprete Zeune; edd. vett. cum Guelf. πολλῶν γε, Castal. καὶ πολλῶν γε. In Guelf. βλαστῶν est in litura scriptum.

ἡγοῦμαι βλαστάνειν. Ταυτὰ τοίνυν, ἔφη, καὶ περὶ τού- 11
των γιγνώσκων ἐμοὶ τυγχάνεις. Ἐπαμήσαιο δ' ἂν μό-
νον, ἔφη, τὴν γῆν, ἢ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ τὸ
φυτόν; Σάττοιμ' ἂν, ἔφην, νὴ Δί', ἐγώ. Εἰ μὲν γὰρ
μὴ σεσαγμένον εἴη, ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος εὖ οἶδ' ὅτι πηλὸς
ἂν γίγνοιτο ἡ ἄσακτος γῆ, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ξηρὰ μέχρι
βυθοῦ, ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος σή-
πεσθαι μὲν δι' ὑγρότητα, αὐαίνεσθαι δὲ διὰ ξηρότητα,
ἤγουν χαυνότητα τῆς γῆς, θερμαινομένων τῶν ῥιζῶν.
Καὶ περὶ ἀμπέλων ἄρα σύ γε, ἔφη, φυτείας, ὦ Σώ- 12
κρατες, τὰ αὐτὰ ἐμοὶ πάντα γιγνώσκων τυγχάνεις. Ἦ
καὶ συκῆν, ἔφην ἐγὼ, οὕτω δεῖ φυτεύειν; Οἶμαι δ',
ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ τἄλλα ἀκρόδρυα πάντα. Τῶν
γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμπέλου φυτείᾳ καλῶς ἐχόντων τί ἂν
ἀποδοκιμάσαις εἰς τὰς ἄλλας φυτείας; Ἐλαίαν δὲ 13
πῶς, ἔφην ἐγὼ, φυτεύσομεν; ὦ Ἰσχόμαχε. Ἀπο-
πειρᾷ μου, καὶ τοῦτο, ἔφη, μάλιστα πάντων ἐπιστά-

11. γιγνώσκων] Guelf. γινώσκων. In Parif. A. C. D. eft κατὰ ταῦτα τοίνυν καὶ περὶ τούτων ἔφη.

ἤγουν χαυνότητα] Miror interpretum filentium. ξηρότης eft pıoxima caufa τοῦ αὐαίνεσθαι, ut ὑγρότης, humiditas, τοῦ σήπεσθαι: utriufque autem effectus caufa prima eft ἡ χαυνότης τῆς γῆς, laxitas terræ, oppofita calcatæ et denfæ. Igitur inepte verba ἤγουν χαυνότητα apponuntur veræ arefactionis caufæ, quafi ea dubia effe poffit aut varia. Porro fi concinnitatis rationem habemus, fit manifeftum, verba ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος ante σήπεσθαι non habere in altero membro, quæ fibi refpondeant; debebat enim fequi αὐαίνεσθαι δ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ ξηρότητα. At enim vero hæc effet ineptiffima tautologia. Deinde ratio ftructuræ verborum demonftrat, verba fufpecta ὑπὸ μὲν τοῦ ὕδατος effe ex fuperiore membro repetita a librario; geminum enim μὲν hic locum non habet. Corrigo igitur ὥστε τὰ φυτὰ κίνδυνος σήπεσθαι μὲν δι' ὑγρότητα, αὐαίνεσθαι δὲ διὰ ξηρότητα, θερμαινομένων διὰ χαυνότητα τῆς γῆς τῶν ῥιζῶν. Scilicet calore demum accedente ad humiditatem fequitur putrefactio, aut, fi calor prævaluerit, arefactio plantarum.

12. περὶ ἀμπέλων] Miratur nomen Weifke, cum de vitibus antea mentio non fit facta. Sed mentio latet in vocabulo φυτὸν et φυτεύειν. Illud enim, uti φυταλιὴ apud Homerum, de vite præcipue dicitur. Deinde fectione 8. et 9. κλῆμα nominatur, quod de fola vite ufurpatur.

γιγνώσκων] Guelf. γινώσκων.

ἐχόντων τί] Comma poft ἐχόντων recte fuftulit Weifke, quo fententia loci obfcurabatur, male a Zeunio explicata.

13. Ἀποπειρᾷ μου, καὶ τοῦτο] Poft μου pofui comma. Pro καὶ Weifkiana dedit γὰρ, errore, puto, operarum.

μενος. Ὁρᾷς μὲν γὰρ δὴ, ὅτι βαθύτερος ὀρύσσεται τῇ ἐλαίᾳ βόθρος. Καὶ γὰρ παρὰ τὰς ὁδοὺς μάλιστα ὀρύσσεται. Ὁρᾷς δὲ, ὅτι πρέμνα πᾶσι τοῖς φυτευτηρίοις πρόσεστιν. Ὁρᾷς δὲ, ἔφη, τῶν φυτῶν πηλὸν ταῖς κεφαλαῖς πάσαις ἐπικείμενον, καὶ πάντων τῶν φυτῶν
14 ἐστεγασμένον τὸ ἄνω; Ὁρῶ, ἔφην ἐγὼ, ταῦτα πάντα. Καὶ ὁρῶν δὴ, ἔφη, τί αὐτῶν οὐ γιγνώσκεις; ἢ τὸ ὄστρακον ἀγνοεῖς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πῶς ἂν ἐπὶ τοῦ πηλοῦ ἄνω καταθείης; Μὰ τὸν Δί', ἔφην ἐγὼ, οὐδὲν, ὧν εἶπας, ὦ Ἰσχόμαχε, ἀγνοῶ· ἀλλὰ πάλιν ἐννοῶ, τί ποτε, ὅτε πάλαι ἤρου με συλλήβδην, εἰ ἐπίσταμαι φυτεύειν, οὐκ ἔφην. Οὐ γὰρ ἐδόκουν ἔχειν ἂν εἰπεῖν οὐδὲν, ᾗ δεῖ φυτεύειν· ἐπεὶ δέ με καθ' ἓν ἕκαστον ἐπεχείρησας ἐρωτᾷν, ἀποκρίνομαί σοι, ὡς σὺ φῂς, ἅπερ σὺ γιγνώσκεις
15 ὁ δεινὸς λεγόμενος γεωργός. Ἆρα, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἡ ἐρώτησις διδασκαλία ἐστίν; ἄρτι γὰρ δὴ, ἔφην ἐγὼ, καταμανθάνω, ᾗ με ἐπηρώτησας ἕκαστα· ἄγων γάρ με δι' ὧν ἐγὼ ἐπίσταμαι, ὅμοια τούτοις ἐπιδεικνὺς, ἃ οὐκ ἐνόμιζον ἐπίστασθαι, ἀναπείθεις, οἶμαι, ὡς καὶ ταῦτα
16 ἐπίσταμαι. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ περὶ ἀρ-

γὰρ δὴ] Edd. vett. γὰρ ἂν, ut Parif. A. γὰρ ὅτι C. D.

φυτευτηρίοις] Pars inferior viviradicum ita dicitur. Geoponica ix. 11, 6. οἱ δὲ τὰ γενναιότατα τῶν παραφυάδων μετὰ τοῦ πρέμνου φυτεύουσι, cum parte radicis vel caudicis. Plantarium ita dixit Palladius Aprilis iii. 5.

πηλὸν] Fimo et cinere miftis oblinit et mufcum pro tefta fuperponit Columella xi. 2, 42.

14. γιγνώσκεις] Guelf. γινώσκεις. Sic et Parif. C. omiffo αὐτῶν, fed in margine addito. Deinde idem dat τὸ ὄστρακον, ἔφη, ἀγνοεῖς;

πάλιν ἐννοῶ] Refpicit fect. 9. capitis antecedentis.

πάλαι ἤρου] Quod Hindenburg conjectura erat affecutus et cum Zeunio probaverat Weifke, dare Codex Parif. A. pro vulgato πάλιν dicebatur antea, fed nunc diligentius excuffus ab ipfo Galio nihil variare repertus eft. Pro ἐννοῶ Guelf. dat εἰγνοῶ.

ὡς σὺ φῂς] Guelf. ὡς δὴ φῂς. Deinde γινώσκεις Guelf.

15. ὅμοια τούτοις] Cum Leonclavio ὅμοιά τε aut καὶ ὅμοια fcribendum cenfeo. Antecedens ἐγὼ omittit Parif. C.

ἀναπείθεις] Ita vulgatum ἀναπεισθεὶς correxit cum Caftal. Leoncl. Contra Stephanus ἀνεπείσθην malebat fcribi.

γυρίου ἐρωτῶν ἄν σε, πότερον καλὸν ἢ οὔ, δυναίμην ἄν σε
πεῖσαι, ὡς ἐπίστασαι διαδοκιμάζειν τὰ καλὰ καὶ τὰ
κίβδηλα ἀργύρια; καὶ περὶ αὐλητῶν μὴ δυναίμην ἀνα-
πεῖσαι, ὡς ἐπίστασαι αὐλεῖν; καὶ περὶ ζωγράφων καὶ
τῶν ἄλλων τοιούτων; Ἴσως ἄν, ἔφην ἐγώ. Ἐπειδὴ καὶ
γεωργεῖν ἀνέπεισάς με, ὡς ἐπιστήμων εἴην, καίπερ εἰ-
δότα, ὅτι οὐδεὶς πώποτέ με ἐδίδαξε ταύτην τὴν τέχνην.
Οὐκ ἔστι ταῦτ', ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάλαι 17
σοι ἔλεγον, ὅτι ἡ γεωργία οὕτω φιλάνθρωπός ἐστι καὶ
πραεῖα τέχνη, ὥστε καὶ ὁρῶντας καὶ ἀκούοντας ἐπιστή-
μονας εὐθὺς ἑαυτῆς ποιεῖν. Πολλὰ δὴ, ἔφη, καὶ αὐτὴ 18
διδάσκει, ὡς ἂν κάλλιστά τις αὐτῇ χρῷτο. Αὐτίκα
ἄμπελος ἀναβαίνουσα μὲν ἐπὶ τὰ δένδρα, ὅταν ἔχῃ τι
πλησίον δένδρον, διδάσκει ἱστάναι αὐτήν· περιπεταννύ-
ουσα δὲ τὰ οἴναρα, ὅταν ἔτι αὐτῇ ἁπαλοὶ οἱ βότρυες ὦσι,
διδάσκει σκιάζειν τὰ ἡλιούμενα ταύτην τὴν ὥραν· ὅταν 19
δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυ-
λὰς, φυλλοῤῥοοῦσα διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν, καὶ πεπαί-
νειν τὴν ὀπώραν· διὰ πολυφορίαν δὲ τοὺς μὲν πέπονας
δεικνύουσα βότρυς, τοὺς δὲ ἔτι ὠμοτέρους φέρουσα, δι-

16. *περὶ αὐλητῶν*] Stephanus addidit *ἐρωτῶν*, quod commode repetitur cogitatione.

μὴ δυναίμην] Castalio *μὴν* dedit, Welsius *ἂν* addi voluit. Zeunius *μὴ* interpretatur *num*, quod fieri posse in hac verborum junctura non puto. Igitur aliud vocabulum desidero. Ceterum respicit locum Cap. xviii. sect. 9. *ἐννοῶ ἄρα, εἰ λέληθα καὶ χρυσοχοεῖν καὶ αὐλεῖν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιστάμενος.* Hinc patet quod fuerit opus *χρυσοχόου*. Hic est idem qui ab argento dignoscendo *ἀργυρογνώμων* dicitur. Alio sensu dicitur *χρυσοχοεῖν* in proverbio Attico, *σὺ δ' ᾤου χρυσοχοήσειν*, cujus originem ex Harpocratione illustrabo ad Xenoph. de Vectigal. iv. 15.

καὶ τῶν ἄλλων τοιούτων] Codex Lips. cum margine Villois. *καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων.* recte, puto. In Paris. A. C. D. est *καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοιούτων.*

με ἐδίδαξε] Paris. A. C. D. *ἐδίδαξέ με* dant.

18. *ἐπὶ τὰ δένδρα*] Juntina *ἐπὶ* omittit, et deinceps *τι* una cum Guelf.

19. *γλυκαίνεσθαι*] Cicero apud Nonium: *cum vero affecta jam prope æstate uvas a sole mitescere tempus est.*

τὴν ὀπώραν] Guelf. *τὰς ὀπώρας* dat, male *τὰ ὀπώρα* inde refert Zeune.

διὰ πολυφορίαν δὲ] Hæc verba Juntina cum Guelf. omisit: hinc in Castal. est *καὶ τοὺς μὲν πέπονας* et cet. Deinceps Guelf. *σκιάζουσι* habet.

δάσκει τρυγᾷν ἑαυτὴν, ὥσπερ τὰ σῦκα συκάζουσι, τὸ
ὀργῶν ἀεί.

CAPUT XX.

1 ΕΝΤΑΥΘΑ δὴ ἐγὼ εἶπον, πῶς οὖν, ὦ Ἰσχόμαχε, εἰ
οὕτω γε ῥᾴδιά ἐστι μαθεῖν τὰ περὶ τὴν γεωργίαν, καὶ
πάντες ὁμοίως ἴσασιν, ἃ δεῖ ποιεῖν, οὐχὶ καὶ πάντες
πράττουσιν ὁμοίως, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν ἀφθόνως τε ζῶσι,
καὶ περισσὰ ἔχουσιν, οἱ δ' οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα δύνανται
2 πορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσοφείλουσιν; Ἐγὼ δή σοι
λέξω, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος. Οὐ γὰρ ἡ ἐπι-
στήμη, οὐδ' ἡ ἀνεπιστημοσύνη τῶν γεωργῶν ἐστιν ἡ ποι-
3 οῦσα τοὺς μὲν εὐπορεῖν, τοὺς δὲ ἀπόρους εἶναι· οὐδ' ἂν
ἀκούσαις, ἔφη, λόγου οὕτω διαθέοντος, ὅτι διέφθαρται ὁ
οἶκος, διότι οὐχ ὁμαλῶς ὁ σπορεὺς ἔσπειρεν, οὐδ' ὅτι οὐκ
ὀρθῶς τοὺς ὄρχους ἐφύτευσεν, οὐδ' ὅτι ἀγνοήσας τις τὴν
γῆν φέρουσαν ἀμπέλους, ἐν ἀφόρῳ ἐφύτευσεν, οὐδ' ὅτι
ἠγνόησέ τις ὅτι ἀγαθόν ἐστι τῷ σπόρῳ νεὸν προεργά-
ζεσθαι, οὐδ' ὅτι ἠγνόησέ τις ὡς ἀγαθόν ἐστι τῇ γῇ κό-
4 προν μιγνύναι· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλόν ἐστιν ἀκοῦσαι, ἀνὴρ
οὐ λαμβάνει σῖτον ἐκ τοῦ ἀγροῦ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται,
ὡς αὐτῷ σπείρηται, ἢ ὡς κόπρος γίγνηται. Οὐδ' οἶνον

τὸ ὀργῶν] Huic loco convenit interpretatio ἀκμάζειν, quam verbo ὀργᾷν, et ἀκμάζον, quam vocabulo ὀργὰς appoſuit Heſychius. Proprie Herodotus iv. 199. πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παραθαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. et mox: καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεταί τε καὶ ὀργᾷ.

Cap. XX. 1. οὕτω γε ῥᾴδια] Codex Lipſ. cum Pariſ. A. C. D. οὕτω γε καὶ ῥᾴδια.

2. σοι λέξω] Cod. Lipſ. cum Pariſ. A. C. D. σοί γε λέξω.

3. σπορεὺς] In ſequentibus repetitur τις, cujus loco ſi h. l. σπορεὺς eſt a Xenophonte nominatus, debebat item ante ἐφύτευσεν nominari ὁ φυτευτὴς vel φυτηκόμος.

προεργάζεσθαι] Supra xvii. 10. eſt ὑπεργάζεσθαι νεὸν τῷ σπόρῳ. Quod eſt in Stephaniana et hinc in Leoncl. προσεργάζεσθαι, dant etiam Codd. Pariſ. A. C. D. plane ineptum huic loco. Dativum σπόρῳ licet commode ad ἀγαθὸν referre cum Bachio.

4. ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον] Margo Villoiſ. dat ἀλλὰ μᾶλλόν ἐστιν ἀκοῦσαι πολὺ ἀνήρ.

ἔχει ἀνήρ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται, ὡς φυτεύσῃ ἀμπέλους,
οὐδὲ αἱ οὖσαι ὅπως φέρωσιν αὐτῷ. Οὐδὲ ἔλαιον οὐδὲ
σῦκα ἔχει ἀνήρ· οὐ γὰρ ἐπιμελεῖται, οὐδὲ ποιεῖ, ὅπως
ταῦτα ἔχῃ. Τοιαῦτ᾽, ἔφη, ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, ἃ δια- 5
φέροντες ἀλλήλων οἱ γεωργοὶ διαφερόντως καὶ πράσ-
σουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ δοκοῦντες σοφόν τι εὑρηκέναι
εἰς τὰ ἔργα. Καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔστιν ἐν οἷς τῶν στρα- 6
τηγικῶν ἔργων οὐ γνώμῃ διαφέροντες ἀλλήλων, οἱ μὲν
βελτίονες, οἱ δὲ χείρονές εἰσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἐπιμελείᾳ.
Ἃ γὰρ καὶ οἱ στρατηγοὶ γιγνώσκουσι πάντες καὶ τῶν
ἰδιωτῶν οἱ πλεῖστοι, ταῦτα οἱ μὲν ποιοῦσι τῶν ἀρχόντων,
οἱ δ᾽ οὔ. Οἷον καὶ τόδε γιγνώσκουσιν ἅπαντες, ὅτι διὰ 7
πολεμίας πορευομένους βέλτιόν ἐστι, τεταγμένους πορεύ-
εσθαι οὕτως, ὡς ἂν ἄριστα μάχοιντο, εἰ δέοι. Τοῦτο
τοίνυν γιγνώσκοντες, οἱ μὲν ποιοῦσιν οὕτως, οἱ δ᾽ οὐ ποι-
οῦσι. Φυλακὰς ἅπαντες ἴσασιν ὅτι βέλτιστόν ἐστι κα- 8
θιστάναι καὶ ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς πρὸ τοῦ στρατο-
πέδου. Ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται, ὡς ἔχῃ
οὕτως, οἱ δ᾽ οὐκ ἐπιμελοῦνται. Ὅταν τε αὖ διὰ στενο- 9
πόρων ἴωσιν, πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν, ὅστις οὐ γιγνώσκει,

ὡς φυτεύσῃ] Cod. Lipſ. cum Guelf. *φυτεύσει* dat. Mihi ſimilitudo reliquorum membrorum perſuadet *φυτεύῃ* ſcribendum eſſe. Deinde *φέρουσιν* Guelf.

5. *διαφέροντες*] Cum Juntina *διαφερόντως* etiam h. l. dederit, Brodæus poſt *γεωργοὶ* ſupplebat *ἔχουσι*.

οἱ δοκοῦντες—ἔργα] Minus aptam eſſe ſententiam cenſebat Weiſke, qui malebat *ἢ ὃ δοκοῦσι σοφὸν εὑρ.* Aut ſupplendum ex antecedenti membro putabat *διαφερόντως πράσσουσι*. Recte vitium vidit vir doctus; ſed brevior medicinæ ratio eſt, ſi mecum *οἱ* ante *δοκοῦντες*, quod ad *οἱ γεωργοὶ* refertur, omiſeris. Procedit eadem medicina ſublato *ἢ* et relicto *οἱ*.

6. *χείρονες*] Pariſ. A. C. D. *χείρους* dant. Deinde *ἃ γὰρ οἱ στρατηγοὶ γιγνώσκουσι* Pariſ. C. D. omiſſa copula *καὶ*, recte, puto.

7. *τεταγμένους*] Guelf. *τεταγμένα* habet.

8. *βέλτιστον*] Cod. Lipſ. cum Pariſ. A. C. D. *βέλτιον*. Deinde *πρὸς τοῦ στρατοπέδου* Guelf. Pariſ. A. C. D. et edd. vett.

ὡς ἔχῃ] Sic Lipſ. Cod. ex correctione, Guelf. Pariſ. C. D. et edd. vett. *ἔχει*. Rectum dedit Caſtalio.

9. *πάνυ χαλεπὸν*] Edd. vett. Guelf. Pariſ. C. D. Lipſ. *οὐ πάνυ* dant; negationem in editione ſecunda auctoritate Codd. duorum delevit Stephanus, temere revocavit Zeune, interrogatione excuſans auctarium ineptum. Antecedens *αὖ* omittunt Pariſ. C. D.

ὅτι προκαταλαμβάνειν τὰ ἐπίκαιρα κρεῖσσον, ἢ μή.
Ἀλλὰ καὶ τούτου οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται οὕτω ποιεῖν, οἱ δ'
10 οὔ. Ἀλλὰ καὶ κόπρον λέγουσι μὲν πάντες, ὅτι ἄριστον
εἰς γεωργίαν ἐστὶ, καὶ ὁρῶσι δὲ αὐτομάτην γιγνομένην·
ὅμως δὲ καὶ ἀκριβοῦντες ὡς γίγνεται, καὶ ῥᾴδιον ὂν πολ-
λὴν ποιεῖν, οἱ μὲν καὶ τούτου ἐπιμελοῦνται, ὅπως ἀθροί-
11 ζηται, οἱ δὲ παραμελοῦσι. Καί τοι ὕδωρ μὲν ὁ ἄνω
θεὸς παρέχει, τὰ δὲ κοῖλα πάντα τέλματα γίγνεται, ἡ
γῆ δὲ ὕλην παντοίαν παρέχει, καθαίρειν δὲ δεῖ τὴν γῆν
τὸν μέλλοντα σπείρειν. Ἃ δ' ἐκ ποδῶν ἀναιρεῖται,
ταῦτα εἴτις ἐμβάλλοι εἰς τὸ ὕδωρ, ὁ χρόνος ἤδη αὐτὸς ἂν
ποιοίη, οἷς ἡ γῆ ἥδεται. Ποία μὲν γὰρ ὕλη, ποία δὲ γῆ
12 ἐν ὕδατι στασίμῳ οὐ κόπρος γίγνεται; Καὶ ὁπόσα δὲ
θεραπείας δεῖται ἡ γῆ, ὑγροτέρα τε οὖσα πρὸς τὸν σπό-
ρον, ἢ ἁλμωδεστέρα πρὸς φυτείαν, καὶ ταῦτα γιγνώ-
σκουσι μὲν πάντες, καὶ ὡς τὸ ὕδωρ ἐξάγεται τάφροις,
καὶ ὡς ἡ ἅλμη κολάζεται μιγνυμένη πᾶσι τοῖς ἀνάλ-
μοις καὶ ὑγροῖς τε καὶ ξηροῖς· ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμε-
13 λοῦνται οἱ μὲν, οἱ δ' οὔ. Εἰ δέ τις παντάπασιν ἀγνὼς
εἴη, τί δύναται φέρειν ἡ γῆ, καὶ μήτε ἰδεῖν ἔχοι καρπὸν,
μηδὲ φυτὸν αὐτῆς, μήτε ὅτου ἀκοῦσαι τὴν ἀλήθειαν περὶ
αὐτῆς ἔχοι· οὐ πολὺ μὲν ῥᾷον γῆς πεῖραν λαμβάνειν
παντὶ ἀνθρώπῳ, ἢ ἵππου, πολὺ δὲ ῥᾷον, ἢ ἀνθρώπου;
οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι ἐπὶ ἀπάτῃ δείκνυσιν· ἀλλ' ἁπλῶς,

10. αὐτομάτην] Guelf. αὐτόματα.

11. ὁ ἄνω θεὸς] Cur ὁ ἄνω additur? Mihi magis placet ὕδωρ μὲν ἄνωθεν ὁ θεὸς παρέχει.

12. ὁπόσα] i. e. καθ' ὁπόσα. Stephanus ὁπόσης malebat, deinde ὑγροτέρα γε οὖσα. Sed τε respondet sequenti ἢ, ut alibi.

πρὸς φυτείαν] An fuit πρὸς τὴν φυτείαν? Deinde ὡς ἅλμη Parif. C.

ἀνάλμοις καὶ ὑγροῖς τε] Cum libro Lipfienfi et Parif. A. C. D. copulam τε vulgo poft ἀναλμοις pofitam fuftuli et poft ὑγροῖς collocavi. ἄναλμα conftituunt genus, cujus fpecies eft ὑγρὰ, alia ξηρὰ, quibus falfugo terræ reprimitur. Cf. Virgilii Georg. ii. 238.

13. μήτε ὅτου] Mihi μήτε του fcribendum effe videtur, et ὅτου locum obtinere fuum non poffe. ἔχει Parif. D.

ἅτε δύναται καὶ ἃ μή, σαφηνίζει τε καὶ ἀληθεύει.
Δοκεῖ δέ μοι ἡ γῆ καὶ τοὺς κακούς τε κἀγαθούς, τῷ 14
εὔγνωστα καὶ εὐμαθῆ πάντα παρέχειν, ἄριστα ἐξετά-
ζειν. Οὐ γάρ, ὥσπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργα-
ζομένοις, ἐστὶ προφασίσασθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται· γῆν
δὲ πάντες οἴδασιν, ὅτι εὖ πάσχουσα εὖ ποιεῖ. Ἀλλ' ἡ 15
ἐν γεωργίᾳ ἐστὶ σαφὴς ψυχῆς κατήγορος κακῆς. Ὡς
μὲν γὰρ ἂν δύναιτο ἄνθρωπος ζῆν ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων,
οὐδεὶς τοῦτο αὐτὸς αὑτὸν πείθει· ὁ δὲ μήτε ἄλλην τέχνην
χρηματοποιὸν ἐπιστάμενος, μήτε γεωργεῖν ἐθέλων, φα-
νερόν, ὅτι κλέπτων, ἢ ἁρπάζων, ἢ προσαιτῶν διανοεῖται
βιοτεύειν, ἢ παντάπασιν ἀλόγιστός ἐστι. Μέγα δὲ δια- 16
φέρειν εἰς τὸ λυσιτελεῖν γεωργίαν ἔφη καὶ μὴ λυσιτελεῖν,
ὅταν, ὄντων ἐργαστήρων καὶ πλεόνων, ὁ μὲν ἔχῃ τινὰ ἐπι-
μέλειαν, ὡς τὴν ὥραν αὐτῷ ἐν τῷ ἔργῳ οἱ ἐργάται ὦσιν,
ὁ δὲ μὴ ἐπιμελῆται τούτου. Ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς παρὰ
τοὺς δέκα διαφέρει τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι, καὶ ἄλλος

14. γῆ καὶ] Guelf. καὶ omiſit, deinde dat προφασίζεσθαι cum Pariſ. C. D.

15. ἡ ἐν γεωργίᾳ] Intellige τέχνη. Sed locutio eſt inſolens; quare malim cum Zeunio ſcribere ἡ γεωργία ſublata præpoſitione. Atque ita habent ſcriptum Pariſ. C. D. cum in A. margo ἐνεργείᾳ habeat appoſitum.

16. Μέγα δὲ] Cod. Lipſ. cum Pariſ. A. C. D. et margine Villoiſ. μέγα δ' ἔφη, habet ſcriptum et in ſeqq. ἔφη omittit; quod mihi præplacet.

ἐργαστήρων] Stephanianæ marginis lectionem vulgato ἐργαστηρίων recte cum Welſio prætulit Zeune.

ἔχῃ] Guelf. et Lipſ ἔχει et mox ἐπιμελεῖται dant. quod etiam in Pariſ. C. D.

παρὰ τοὺς δέκα] Numeri hujus rationem continent decuriæ, in quas deſcribere ſolebant Romani ruſtici, credo etiam Græci, ſervos et operas mercenarias. Dicit igitur X.: in decuria ſervorum fere ſemper reperitur unus, qui a reliquis diſcrepat eo, quod in tempore adeſt et opus juſſum facit: alius contra juſto temperius ab opere diſcedit. Igitur non opus eſt Camerarii conjectura ἄλλως ſcribentis, vel Leonclavii μὴ ante πρὸ τῆς ὥρας ἀπιέναι inſerentis: nec locum habet ſuſpicio Weiſkii, locum non eſſe ſanum, et de alio opificio ſermonem fuiſſe. ἄλλο γε eſt in Pariſ. A. quod erunt, qui probent. Apponam nunc locum Columellæ xi. 1, 15. ex hoc noſtro ductum: *Plurimum enim refert colonos a primo mane opus aggredi, nec lentos per otium pigre procedere, ſiquidem Iſchomachus idem ille, malo, inquit, unius agilem induſtriam, quam decem hominum negligentem et tardam operam. Quippe plurimum affert mali, ſi operario tricandi poteſtas fiat. Nam ut in itinere conficiendo ſæpe dimidio maturius pervenit is, qui naviter et ſine ullis conceſſationibus permeabit, quam is, qui, cum ſit una profectus, umbras arborum fonticulorumque*

17 γε ἀνὴρ διαφέρει τῷ πρὸ τῆς ὥρας ἀπιέναι. Τὸ δὲ δὴ
ἐᾶν ῥᾳδιουργεῖν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τοὺς ἀνθρώπους, ῥᾳ-
18 δίως τὸ ἥμισυ διαφέρει τοῦ ἔργου παντός. Ὥσπερ καὶ
ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ στάδια διακόσια ἔστιν ὅτε τοῖς
ἑκατὸν σταδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει,
ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιαίνοντες, ὅταν ὁ μὲν
πράσσῃ, ἐφ' ᾧπερ ὥρμηται, βαδίζων, ὁ δὲ ῥᾳστωνεύῃ τῇ
ψυχῇ, καὶ παρὰ κρήναις καὶ ὑπὸ σκιαῖς ἀναπαυόμενός
19 τε καὶ θεώμενος, καὶ αὔρας θηρεύων μαλακάς. Οὕτω
δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις πολὺ διαφέρουσιν εἰς τὸ ἀνύτειν οἱ
πράττοντες, ἐφ' ᾧπερ τεταγμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ μὴ πράτ-
τοντες, ἀλλ' εὑρίσκοντες προφάσεις τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι,
20 καὶ ἐώμενοι ῥᾳδιουργεῖν. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὸ καλῶς ἐργά-
ζεσθαι, ἢ κακῶς ἐπιμελεῖσθαι, τοῦτο δὴ τοσοῦτον δια-
φέρει, ὅσον ἢ ὅλως ἐργάζεσθαι, ἢ ὅλως ἀργὸν εἶναι.
Ὅταν σκαπτόντων, ἵνα ὕλης καθαραὶ αἱ ἄμπελοι γέ-
νωνται, οὕτω σκάπτωσιν, ὥστε πλείω καὶ καλλίω τὴν

amœnitatem, vel auræ refrigerationem captavit: ſic in agreſti negotio et cet.

17. Τὸ δὲ—τὸ ἥμισυ διαφέρει] Zeune ad τὸ intelligit περὶ vel κατά: contra Weiſke τὸ ἥμισυ intelligit dictum pro τῷ ἡμίσει. Mihi placet τῷ δὲ δὴ ἐᾶν, quod eſt in margine Pariſ. A. *eo, quod ſinimus operas negligenter in opere verſari, fit, ut ipſum opus dimidia parte differat a toto.* Reſpicit ſimul Heſiodeum Ἔργων 40. πλέον ἥμισυ παντὸς, ſententia tamen mutata.

18. ἐφ' ᾧπερ] Cum Stephano ἐφ' ὅπερ malo, quanquam vulgatum defendente Zeunio. πράσσειν paulo antea eſt in libro Lipſienſi et Pariſ. C. D.

παρὰ κρήναις] Cod. Guelf. cum edd. vett. περὶ dant. παρὰ eſt etiam in margine Villoiſ.

19. εἰς τὸ ἀνύτειν] Guelf. ἐν τῷ ἀνύτειν.

20. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὸ καλῶς ἐργάζεσθαι] Vitium nemo hucuſque advertit, manifeſtum tamen. Ad prima verba τὸ δὲ δὴ deeſt κακῶς ἐργάζεσθαι: his enim duobus membris reſpondent illa ἢ ὅλως ἐργάζεσθαι ἢ ὅλως ἀργὸν εἶναι. Nihil contra eſt, quod verbis ἢ κακῶς ἐπιμελεῖσθαι reſpondeat: nec de inſpectione villici aut domini nunc Xenophon docet. Igitur ſcribendum cenſeo: Τὸ δὲ δὴ καλῶς ἐργάζεσθαι ἢ τὸ κακῶς ἐργάζεσθαι, τοῦτο δὴ τοσοῦτον et reliqua. Video nunc Camerarium vertere locum ita: *Sane attentionem atque curam adhibere, id, ut opera recte fiant aut perperam, tantum jam refert.* Voluit igitur ſcribi τοῦ καλῶς ἐργάζεσθαι. Sed de cura et inſpectione operarum non eſt nunc ſermo, ſed de ipſo opere. In Pariſ. C. D. eſt καὶ κακῶς ἐπιμ. deinde τοσοῦτο A. C. D.

Ὅταν σκαπτόντων] Deeſſe particulam aliquam orationi, veluti οἷον, αὐτίκα, recte monuit cum Zeunio Weiſke. Deinde γίγνωνται Pariſ. A.

ὕλην γίγνεσθαι, πῶς οὕτως οὐκ ἀργὸν ἂν φήσαις εἶναι;
Τὰ οὖν συντρίβοντα τοὺς οἴκους πολὺ μᾶλλον ταῦτά ἐστιν, 21
ἢ αἱ λίαν ἀνεπιστημοσύναι. Τὸ γὰρ τὰς μὲν δαπάνας
χωρεῖν ἐντελεῖς ἐκ τῶν οἴκων, τὰ δὲ ἔργα μὴ τελεῖσθαι
λυσιτελούντως πρὸς τὴν δαπάνην, ταῦτα οὐκέτι δεῖ θαυ-
μάζειν ἐὰν ἀντὶ τῆς περιουσίας ἔνδειαν παρέχηται. Τοῖς 22
γε μέντοι ἐπιμελεῖσθαι δυναμένοις καὶ συντεταμένως
γεωργοῦσιν ἀνυτικωτάτην χρημάτισιν ἀπὸ γεωργίας καὶ
αὐτὸς ἐπετήδευσε καὶ ἐμὲ ἐδίδαξεν ὁ πατήρ. Οὐδέποτε
γὰρ εἴα χῶρον ἐξειργασμένον ὠνεῖσθαι, ἀλλ' ὅστις ἢ δι'
ἀμέλειαν, ἢ δι' ἀδυναμίαν τῶν κεκτημένων καὶ ἀργὸς καὶ
ἀφύτευτος εἴη, τοῦτον ὠνεῖσθαι παρῄνει. Τοὺς μὲν γὰρ 23
ἐξειργασμένους ἔφη καὶ πολλοῦ ἀργυρίου γίγνεσθαι, καὶ
ἐπίδοσιν οὐκ ἔχειν· τοὺς δὲ μὴ ἔχοντας ἐπίδοσιν, οὐδὲ
ἡδονὰς ὁμοίας ἐνόμιζε παρέχειν· ἀλλὰ πᾶν κτῆμα καὶ
θρέμμα τὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἰὸν, τοῦτο καὶ εὐφραίνειν μά-
λιστα ᾤετο. Οὐδὲν οὖν ἔχει πλείονα ἐπίδοσιν, ἢ χῶρος
ἐξ ἀργοῦ πάμφορος γιγνόμενος. Εὖ γὰρ ἴσθι, ἔφη, ὦ 24
Σώκρατες, ὅτι τῆς ἀρχαίας τιμῆς πολλοὺς πολλαπλα-
σίου χώρους ἀξίους ἡμεῖς ἤδη ἐποιήσαμεν. Καὶ τοῦτο,
ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὕτω μὲν πολλοῦ ἄξιον τὸ ἐνθύμημα,

πῶς οὕτως—εἶναι] Codex Lipſ. πῶς οὖν οὕτως dat. Pariſ. A. C. D. οὕτω dant. Vitium aliquod loco inhæſiſſe ſuſpicor, quem Weiſke interpretatur ſic: *ſcilicet τοῦτο τὸ ἐργάζεσθαι. Oxymorum eſt.* Quid ſi τοῦτο fuiſſe ſcriptum pro οὕτω ſuſpicemur?

21. Τὸ γὰρ] Pariſ. C. Τὸ τὸ γὰρ dat. Voluitne τότε dare?

22. συντεταμένως] *Strenue.* Ita vulgatum συντεταγμένοις correxit Stephanus. συντεταγμένως eſt in libro Lipſienſi, quod conjecerat olim Leonclavius. γνώμη συντεταμένη eſt ſupra ii. 18. cf. infra xxi. 9. In Pariſ. A. C. D. eſt vulgatum, ſed C. verbum γεωργοῦσιν omittit.

23. ὁμοίας] Voluptatem æque magnam atque agri, quos noſtro labore excolimus.

ἐπὶ τὸ βέλτιον] Articulum omiſit liber Lipſ. cum Pariſ. A. C. D. Sed in Sympoſio viii. 14. ſimiliter eſt ἴῃ ἐπὶ τὸ φρονιμώτερον.

24. πολλοὺς] Omiſit Junt. Guelf. et Strebæus, τιμῆς Pariſ. D. deinde πολλαπλασίους Pariſ. A. C. D.

οὕτω μὲν] Guelf. μὲν et ſtatim καὶ omiſit; contra Lipſ. ſequens δὲ, et verba ſic collocata poſuit: οὕτω ῥᾴδιον καὶ μαθεῖν. Pariſ. A. C. D. οὕτω δὲ ῥᾴδιον καὶ μαθεῖν. Poſtea idem Lipſ. βούλει dedit.

ἐνθύμημα] Idem præceptum in Memor. ii. 10, 4. extare ait Zeune; ſed ibi eſt ſimile tantum hoc: οἱ μέν-

οὕτω δὲ καὶ μαθεῖν ῥᾴδιον, ὥστε νυνὶ ἀκούσας σὺ τοῦτο,
ἐμοὶ ὁμοίως ἐπιστάμενος ἄπει, καὶ ἄλλον διδάξεις, ἐὰν
25 βούλῃ. Καὶ ὁ ἐμὸς δὲ πατὴρ οὔτε ἔμαθε παρ' ἄλλου
τοῦτο, οὔτε μεριμνῶν εὗρεν· ἀλλὰ διὰ τὴν φιλογεωργίαν
καὶ φιλοπονίαν ἐπιθυμῆσαι ἔφη τοιούτου χωρίου, ὅπως
26 ἔχοι, ὅ τι ποιοῖ ἅμα, καὶ ὠφελούμενος ἥδοιτο. Ἦν γάρ
τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, φύσει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φιλογεωρ-
γότατος Ἀθηναίων ὁ ἐμὸς πατήρ. Καὶ ἐγὼ μέντοι ἀκού-
σας τοῦτο, ἠρόμην αὐτὸν, πότερα δὲ, ὦ Ἰσχόμαχε, ὁπό-
σους ἐξειργάσατο χώρους ὁ πατὴρ, πάντας ἐκέκτητο, ἢ
καὶ ἀπεδίδοτο, εἰ πολὺ ἀργύριον εὑρίσκοι; Καὶ ἀπεδί-
δοτο νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος· ἀλλὰ ἄλλον τοι εὐθὺς
27 ἀντεωνεῖτο, ἀργὸν δὲ, διὰ τὴν φιλεργίαν. Λέγεις, ἔφην
ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, τῷ ὄντι φύσει τὸν πατέρα φιλογεωρ-
γὸν εἶναι οὐδὲν ἧσσον, ἢ οἱ ἔμποροι φιλόσιτοί εἰσι. Καὶ
γὰρ οἱ ἔμποροι, διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν τὸν σῖτον, ὅπου ἂν
ἀκούσωσι πλεῖστον εἶναι, ἐκεῖσε πλέουσιν ἐπ' αὐτὸν, καὶ
Αἰγαῖον καὶ Εὔξεινον καὶ Σικελικὸν πόντον περῶντες·
28 ἔπειτα δὲ λαβόντες ὁπόσον δύνανται πλεῖστον, ἄγουσιν
αὐτὸν διὰ τῆς θαλάττης, καὶ ταῦτα εἰς τὸ πλοῖον ἐνθέ-
μενοι, ἐν ᾧπερ αὐτοὶ πλέουσι. Καὶ ὅταν δεηθῶσιν ἀρ-
γυρίου, οὐκ εἰκῇ αὐτὸν ὅπου ἂν τύχωσιν ἀπέβαλον, ἀλλ'
ὅπου ἂν ἀκούσωσι τιμᾶσθαί τε μάλιστα τὸν σῖτον, καὶ περὶ

τοι ἀγαθοὶ οἰκονόμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῇ πρίασθαι, τότε φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι.

25. φιλογεωργίαν] Parif. D. φιλοεργίαν. Vide mox ad fect. 26.

χωρίου—ἔχοι] Cod. Lipf. cum Parif. A. C. D. χώρου—ἔχῃ. Deinde ποιῇ dat; ἔχεις τί ποιεῖ—ἥδητο Guelf. edd. vett. cum Parif. A. C. D. ποιεῖ, quod deterius eft, et ex ποιῇ ortum videtur: fed in Parif. A. ποιοῖ eft a fecunda manu.

26. ἀργὸν δὲ] Præclaram Guelf. lectionem omifit Zeune. Vulgo erat ἀντεωνεῖτο ἀργὸν, διὰ et cet. In Parif. A. eft φιλοεργίαν, D. φιλογεωργίαν.

27. εἶναι] *fuiffe* recte vertendum effe admonuit Zeune. Sic iterum fect. 28. eft ἔοικε φιλογεωργὸς εἶναι.

περῶντες] Guelf. περεῶντες.

28. ἔπειτα] Hæc verba ufque ad αὐτοὶ πλέουσι omifit Guelf.

ἀπέβαλον] Quovis vel minimo pretio vendunt et quafi objiciunt.

καὶ περὶ—οἱ ἄνθρωποι] Structura verborum infolens et dura mihi videtur. Expectabam ποιεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Conjunctivus modus facit,

πλείστου αὐτὸν ποιῶνται οἱ ἄνθρωποι, τούτοις αὐτὸν ἄγον-
τες παραδιδόασι. Καὶ ὁ σὸς δὲ πατὴρ οὕτω πως ἔοικε
φιλογεωργὸς εἶναι. Πρὸς ταῦτα δὲ εἶπεν ὁ Ἰσχόμαχος, 29
σὺ μὲν παίζεις, ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ δὲ καὶ φιλοικο-
δόμους νομίζω οὐδὲν ἧττον, οἵτινες ἂν ἀποδιδῶνται ἐξοικο-
δομοῦντες τὰς οἰκίας, εἶτ' ἄλλας οἰκοδομοῦσι. Νὴ Δία,
ἐγὼ δέ γε σοὶ, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ἐπομόσας λέγω, ἦ
μὴν πιστεύειν σοι, φύσει νομίζειν φιλεῖν ταῦτα πάντας,
ἀφ' ὧν ἂν ὠφελεῖσθαι νομίζωσιν.

CAPUT XXI.

ΑΤΑΡ ἐννοῶ γε, ἔφην, ὦ Ἰσχόμαχε, ὡς εὖ τῇ ὑπο- 1
θέσει ὅλον τὸν λόγον βοηθοῦντα παρέσχησαι. Ὑπέθου
γὰρ τὴν γεωργικὴν τέχνην πασῶν εἶναι εὐμαθεστάτην·
καὶ νῦν ἐγὼ ἐκ πάντων, ὧν εἴρηκας, τοῦτο οὕτως ἔχειν
παντάπασιν, ὑπὸ σοῦ ἀναπέπεισμαι. Νὴ Δί', ἔφη ὁ 2
Ἰσχόμαχος, ἀλλὰ τόδε τοι, ὦ Σώκρατες, τὸ πάσαις
κοινὸν ταῖς πράξεσι, καὶ γεωργικῇ καὶ πολιτικῇ καὶ οἰ-
κονομικῇ καὶ πολεμικῇ, τὸ ἀρχικὸν εἶναι, τοῦτο δὴ συνο-
μολογῶ σοι ἐγὼ, πολὺ διαφέρειν γνώμῃ τοὺς ἑτέρους τῶν
ἑτέρων· οἷον καὶ ἐν τριήρει, ἔφη, ὅταν πελαγίζωσι, καὶ δέῃ 3

ut ſuſpicer Xenophontem ſcripſiſſe καὶ οἳ ἂν περὶ πλείστου αὐτὸν ποιῶνται ἄνθρωποι. In Pariſ. A. eſt ποιοῦνται. non male. Idem deinde ἄγουσι dat.

29. φιλοικοδόμους] Vocabulum hoc ex Xenophonte laudavit Pollux vii. 118.

νομίζειν] Pertinet ad Socratem, non ad Iſchomachum, ut credebat Zeune, σε intelligens: alios με intellexiſſe admonet Weiſke, qui vertit: *omnes mihi videri natura teneri amore.* Mihi νομίζειν aut pro *ſolere* dictum aut incommodo loco poſitum videtur. In Hierone iii. 3. eſt πολλαὶ τῶν πόλεων τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι ἀποκτείνειν. i. e. legem ſanxerunt, ut mœchus occidatur. Sic et alibi Xenophon. Sed pro *ſolere* poſitum verbum nondum reperi in noſtro.

πάντας] Edd. vett. πάντα ἐφ' ὧν dant. Rectum eſt in Guelf. contra atque ait Zeune. πάντα ὑφ' ὧν Pariſ. A. C. D. dant.

Cap. XXI. 1. τοῦτο οὕτως] Pariſ. A. C. D. τοῦθ' οὕτως habent ſcriptum.

2. κοινὸν] Junt. Guelf. κοιναῖς dant. Sequentia καὶ πολεμικῇ omiſit Pariſ. C.

συνομολογῶ] Diſerte hoc Socrates cap. xiii. ſect. 4. non dixit, ſed generatim βασιλικόν τι et magnum aliquid eſſe τὸ ἀρχικὸν εἶναι. Ceterum ἐγὼ omittit Pariſ. D.

περᾶν ἡμερίους πλοῦς ἐλαύνοντας, οἱ μὲν τῶν κελευστῶν δύνανται τοιαῦτα λέγειν καὶ ποιεῖν, ὥστε ἀκονᾶν τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ ἐθελοντὰς πονεῖν, οἱ δὲ οὕτως ἀγνώμονές εἰσιν, ὥστε πλεῖον ἢ ἐν διπλασίῳ χρόνῳ τὸν αὐτὸν ἀνύτουσι πλοῦν. Καὶ οἱ μὲν ἱδροῦντες καὶ ἐπαινοῦντες ἀλλήλους, ὅ τε κελεύων καὶ οἱ πειθόμενοι, ἐκβαίνουσιν· οἱ δὲ ἀνιδρωτὶ ἥκουσι, μισοῦντες τὸν ἐπιστάτην
4 καὶ μισούμενοι. Καὶ τῶν στρατηγῶν ταύτῃ διαφέρουσιν, ἔφη, οἱ ἕτεροι τῶν ἑτέρων· οἱ μὲν γὰρ οὔτε πονεῖν ἐθέλοντας οὔτε κινδυνεύειν παρέχονται, πείθεσθαί τε οὐκ ἀξιοῦντας οὐδ᾽ ἐθέλοντας, ὅσον ἂν μὴ ἀνάγκη ᾖ, ἀλλὰ καὶ μεγαλυνομένους ἐπὶ τῷ ἐναντιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι· οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι οὐδ᾽ αἰσχύνεσθαι ἐπισταμένους παρέχουσιν, ἤν τι
5 τῶν αἰσχρῶν συμβαίνῃ. Οἱ δ᾽ αὖ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ καὶ ἐπιστήμονες ἄρχοντες, τοὺς αὐτοὺς τούτους, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλους παραλαμβάνοντες, αἰσχυνομένους τε ἔχουσιν αἰσχρόν τι ποιεῖν, καὶ πείθεσθαι οἰομένους βέλτιον εἶναι, καὶ ἀγαλλομένους τῷ πείθεσθαι ἕνα ἕκαστον, καὶ σύμ-
6 παντας, πονεῖν ὅταν δεήσῃ, οὐκ ἀθύμως πονοῦντας. Ἀλλ᾽ ὥσπερ ἰδιώταις ἔστιν οἷς ἐγγίγνεταί ἐθελοπονία τις, οὕτω καὶ ὅλῳ τῷ στρατεύματι ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀρχόντων ἐγγίγνεται καὶ τὸ φιλοπονεῖν, καὶ τὸ φιλοτιμεῖσθαι ὀφθῆναι
7 καλόν τι ποιοῦντας ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος. Πρὸς ὅντινα δ᾽ ἂν ἄρχοντα διατεθῶσιν οὕτως οἱ ἑπόμενοι, οὗτοι δὴ ἐῤῥω-

3. ἐπὶ τὸ ἐθελοντὰς] Juntina ἐπὶ τῷ. Ex eadem et libro Guelf. ἐθελοντὰς pro ἐθέλοντας ſcripſit Zeune.

ἥκουσι] In Pariſ. A. C. D. eſt ἥμουσι. in qua ſcriptura quid lateat, aliis conjiciendum relinquo. De ἐμοῦσι fortaſſe cogitabunt aliqui lectores.

4. τε οὐκ] Pariſ. C. D. τε καὶ οὐκ dant.

ὅσον ἂν] Juntina cum Guelf. ἂν omiſit.

μεγαλυνομένους] Guelf. μεγαλυνόμενα a prima manu ſcriptum habet.

5. καὶ ἐπιστήμονες] Male Junt. et Guelf. καὶ omittunt.

ἕνα ἕκαστον] Guelf. ἕνεκα dat pro ἕνα; deinde πονοῦντες edd. vett. cum Pariſ. C. D. ποιοῦντες A.

6. ἐθελοπονία] Vulgato φιλοπονία ex margine Steph. ſubſtituit Zeune. ἐγγίνεται φιλοπονία Pariſ. A. C. D.

καλόν τι] Edd. vett. et Guelf. κάλλιόν τι dant.

7. οὗτοι δὴ] Cum Bachio et Welſio

μένοι γε ἄρχοντες γίγνονται, οὐ μὰ Δί' οὐχ οἳ ἂν αὐτῶν ἄριστα τὸ σῶμα τῶν στρατιωτῶν ἔχωσι, καὶ ἀκοντίζωσι, καὶ τοξεύωσιν ἄριστα, καὶ ἵππον ἔχοντες ἄριστον, ὡς ἱππικώτατα ἢ πελταστικώτατα προκινδυνεύωσιν· ἀλλ' οἳ ἂν δύνωνται ἐμποιῆσαι τοῖς στρατιώταις, ἀκολουθητέον εἶναι καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ παντὸς κινδύνου. Τούτους 8
δὴ δικαίως ἄν τις καλοίη μεγαλογνώμονας, ᾧ ἂν ταῦτα γιγνώσκοντες πολλοὶ ἕπωνται, καὶ μεγάλῃ χειρὶ εἰκότως οὗτος λέγοιτο πορεύεσθαι, οὗ ἂν τῇ γνώμῃ πολλαὶ χεῖρες ὑπηρετεῖν ἐθέλωσι· καὶ μέγας τῷ ὄντι οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον, ἢ ῥώμῃ.
Οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις, ἄν τε ἐπίτροπος ᾖ ὁ 9
ἐφεστηκὼς ἄν τε καὶ ἐπιστάτης, ὃς ἂν δύνηται προθύμους καὶ ἐντεταμένους παρέχεσθαι εἰς τὸ ἔργον, καὶ συνεχεῖς, οὗτοι δὴ οἱ ἀνύτοντές εἰσιν ἐπὶ τἀγαθὰ, καὶ πολλὴν τὴν περιουσίαν ποιοῦντες. Τοῦ δὲ δεσπότου ἐπιφανέντος, 10

Stephani emendationem vulgato fubftitui οὕτω, quod male defendit Zeune. Ceterum Camerarius offenfus verbis πρὸς ὅντινα ἄρχοντα, quibus non refpondent fequentia οὗτοι δὴ, moviffe videtur Leonclavium, ut corrigere auderet οὕστινας—ἄρχοντας· qua mutatione non opus effe recte admonuit Bachius. Compara fect. 9. Sequens γε omittit Parif. C.

τοξεύωσιν] Guelf. τοξεύουσι dat. ἵππον ἄριστον ἔχοντες Parif. A. C. D. Deinde καὶ πελταστικώτατα Parif. A.

μὰ Δία—κινδύνου] Hæc non apte cum præcedentibus cohærere, certe fuperflua et tautologa videntur Weifkio, qui fufpicatur, grammaticum his additis declarare voluiffe, qui fint ἐῤῥωμένοι. Portus verba τῶν στρατιωτῶν deleri voluit, quæ mihi abeffe poffe non videntur. Mihi nihil in hoc loco nec fuperfluum effe videtur, neque quod cum anterioribus non bene coeat. Ait Xenophon, ἀρχικὸν effe et merito dici non eum, qui parentibus præftet corpore aut virtutibus corporis, armorum, equi, et fimilibus, neque eum, qui parentibus præeat exemplum, ut in pugna, fed eum effe vere ἀρχικὸν, et dum præeft parentibus, ἄρχοντα, eumque potentiffimum, qui parentium in animis hanc infixerit perfuafionem et cet.

ἐμποιῆσαι] Vulgatius eft apud Atticos ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ.

8. ᾧ ἂν] Eft pro οἷς ἂν, quod male tentavit Leoncl. Deinceps ταὐτὰ dedit altera editio Stephani. γιγνώσκοντες omittunt Parif. C. D.

ἕπωνται] Edd. vett. Guelf. ἕπονται, deinde οὕτως λέγοιτο cum Parif. A.

οὗτος ἀνὴρ, ὃς] Guelf. τοιοῦτος ἀνὴρ, quod non contemnendum videbatur Zeunio; mihi contra videtur.

9. ἐπίτροπος—ἐπιστάτης] Officium ἐπιτρόπου defignavit fupra cap. xii. fect. 3. et 4. ἐπιστάτης minore eft dignitate, *operis magifter* Columellæ i. 8, 17. *operariorum* xi. 4, 4. *officiorum fingulorum* i. 8, 11. i. 9, 2.

ἐντεταμένους] Edd. vett. Guelf. ἐντεταγμένους, ut cap. xx. 22.

δὴ οἱ ἀνύτοντες] Parif. A. ἀνύττοντες, δέ εἰσιν οἱ ἀνύτοντες C. D.

10. Τοῦ δὲ δεσπότου] Edd. vett. cum Parif. A. C. D. γε dant, δὲ Cafta-

ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐπὶ τὸ ἔργον, ὅστις δύναται καὶ μέγιστα βλάψαι τὸν κακὸν τῶν ἐργατῶν, καὶ μέγιστα τιμῆσαι τὸν πρόθυμον, εἰ μηδὲν ἐπίδηλον ποιήσουσιν οἱ ἐργάται, ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὐκ ἂν ἀγαίμην· ἀλλ' ὃν ἂν ἰδόντες κινηθῶσι, καὶ μένος ἑκάστῳ ἐμπέσῃ τῶν ἐργατῶν, καὶ φιλονεικία πρὸς ἀλλήλους καὶ φιλοτιμία κρατίστη οὖσα ἑκάστῳ, τοῦτον ἐγὼ φαίην ἂν ἔχειν τι ἤθους βασιλικοῦ.

11 Καὶ ἔστι τοῦτο μέγιστον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐν παντὶ ἔργῳ, ὅπου τι δι' ἀνθρώπων πράττεται, καὶ ἐν γεωργίᾳ δέ. Οὐ μέντοι, μὰ Δία, τοῦτό γε ἔτι ἐγὼ λέγω, ἰδόντα μαθεῖν εἶναι, οὐδὲ ἅπαξ ἀκούσαντα· ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημὶ τῷ ταῦτα μέλλοντι δυνήσεσθαι, καὶ φύσεως ἀγα-

lio, τε Guelf. Post ἐπιφανέντος margo Steph. αὐτῶν additum habet cum Parif. A. C. D.

τὸν κακὸν] Edd. vett. Parif. A. C. D. et Guelf. τῶν κακῶν. Deinde μεγίστως Parif. A. C. D. cum margine Villoif.

φιλονεικία] Parif. A. φιλονικία dat.

κρατίστη οὖσα ἑκάστῳ] Hæc verba Volaterranus non vertit; frigida, neque fenfum fine ambiguitate clarum continere videntur Weifkio; equidem tollenda ut fuperflua et aliena cenfueram. Weifkio aut fubftantivum ad κρατίστη pertinens, veluti ἐπιστάτις, omiffum videtur, aut κρατίστη οὖσα corruptum e κρατιστεύουσα, (quo ducere putat lectionem in margine libri Villoifoniani pofitam κρατιστοῦσα) quod dictum interpretatur pro καὶ κρατεύσῃ ἑκάστῳ, *et dominari cœperit in unoquoque*. Mihi neutra harum conjecturarum locum hic habere videtur. Κρατιστεύειν enim longe diverfo fenfu et alia ftructura adhibetur Cyrop. i. 5, 1. et in Memor. i. 4, 14. iii. 7, 4. Deinde ἐπιστάτις ab hoc loco æque aliena eft, ubi præfentia domini fubito φιλονεικίαν excitare dicitur. Maneo igitur in ea fententia, ut verba hæc delenda cenfeam, dum libri meliorem lectionem obtulerint. In Guelf. eft κρατίστη οὖσα fcriptum. κρατιστοῦσαι ἑκάστῳ Parif. A. C. D. Deinde τούτων dant iidem libri Parif. fed in A. τοῦτον correctum eft.

11. ἐν παντὶ ἔργῳ—γεωργίᾳ δέ] Aut excidit μὲν poft παντὶ, aut fcribendum δὴ in altero membro fufpicor ex ufu fcriptorum Atticorum.

ἔτι ἐγὼ λέγω] Vulgatum ὅ τι cum Bachio inepte defendit Zeune, quafi hæc tota fententia a fequenti φημὶ pendeat, quo periodus contorta et impedita fit. Itaque recte Weifke Stephani correctionem admifit. Præterea Stephanus ἅπαξ addi voluit verbo ἰδόντα, quo non eft opus. ἔτι præcedente negatione dici pro *non item* recte admonuit Weifke comparato loco Hieronis i. 16. In Parif. A. C. D. eft τοῦτό γε ὅτι λέγω omiffo ἐγὼ, deinde οὐδ' ἅπαξ.

φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι] Hæc græce non dici recte cum animadvertiffet Stephanus, aut accufativum aliquem poft ἀγαθῆς deeffe putabat, aut ὑπάρξαι in aliud verbum mutandum. Zeune hanc loco medicinam adhibuit, ut poft ἀγαθῆς comma poneret, verbum autem ὑπάρξαι cum fequentibus copularet. Quo quidem nihil ineptius potuit excogitari. Weifke revocatam veterem lectionem filentio tranfmifit. Mihi φύσιν ἀγαθὴν ὑπάρξαι fcribendum effe videtur. Sic enim φύσεως ὑπαρχούσης eft in Cyropædia, et fic ὑπάρχειν dicuntur a Platone, quæcunque fundamenti loco adeffe debent, ubi quis quid exequi voluerit.

θῆς ὑπάρξαι, καὶ, τὸ μέγιστον δὴ, θεῖον γενέσθαι. Οὐ 12
γὰρ πάνυ μοι δοκεῖ ὅλον τουτὶ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον εἶναι, ἀλλὰ θεῖον, τὸ ἐθελόντων ἄρχειν· σαφῶς δὲ δίδοται τοῖς ἀληθινῶς σωφροσύνῃ τετελεσμένοις. Τὸ δὲ ἀκόντων τυραννεῖν διδόασιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὓς ἂν ἡγῶνται ἀξίους εἶναι βιοτεύειν, ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν ᾅδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν φοβούμενος, μὴ δὶς ἀποθάνῃ.

12. τὸ ἐθελόντων ἄρχειν] Leonclavius et Stephanus ἐθελοντῶν malebant ſcriptum, quibus aſſentitur Weiſke, niſi quod is ἐθελοντὴν putat eſſe et dici magis eum, qui ſponte facit, quam qui ſponte patitur. Sed qui ſponte obedit et lubenter imperanti, is non patitur, ſed agit cum libera voluntate. τῶν ἐθελόντων Pariſ. A. C. D. dant.

σαφῶς δὲ δίδοται] Sic Stephani et Leonclavii ex conjectura legitur, ubi antea erat σαφῶς· φείδονται τοῖς. Pariſ. C. φείδονται omittit. Mihi vero locus nondum perſanatus eſſe videtur.

διδόασιν] Ex θεῖον repetendum eſſe cogitatione οἱ θεοὶ monuerunt Interpretes.

τὸν ἀεὶ χρόνον] Hæc omiſit Pariſ. C. D.

δὶς ἀποθάνῃ] Saxum enim capiti impendens timebat, ex narratione Pindari Ol. i. 12. Ciceronis Tuſcul. iv. 16. ut recte monuit Weiſke. Zeune comparabat Luciani locum Dial. Mort. 17. δέδιας, μὴ ἐνδείᾳ τοῦ ποτοῦ ἀποθάνοις.

DE

CONVIVII XENOPHONTEI

TEMPORE, PERSONIS ET ARGUMENTO.

De tempore convivii ejus, quo celebrata fuit victoria Autolyci, Lyconis filii, in ludis Panathenæis ab eo reportata, diversa est disputatio ab ea, quæ tempus dialogi a Xenophonte scripti inquirit. Admodum enim juvenem interfuisse se convivio illi profitetur ipse Xenophon ab initio Dialogi, qui convivium et sermones ibi habitos a convivis narrat. Ut autem accurate tempus utrumque investigemus simulque alterum ab altero diligenter distinguamus, non solum voluptas lectoris ex accurata temporum, locorum, personarum, factorumque in narratione positorum notitia capienda interpretem invitare potest, sed judicium etiam verum et æquum si de Xenophontis narratione et ingenio ferre volumus, summam nos in dispiciendo tempore victoriæ Autolyci diligentiam afferre cogunt criminationes variæ ab Athenæo Deipnosophistarum scriptore in Xenophontem jactæ, quibus fides narrationis omnis plane infirmari videtur. Is enim libri v. capite 56. quædam in hoc libro scripta et narrata affirmat a Xenophonte et Socrati loquenti tributa (capite nempe viii. sect. 32.) quæ Socrates isto tempore loqui non potuerit. Ponit enim Athenæus, Socratem ibi contra Pausaniam, Agathonis poetæ amatorem, disputantem respicere Platonici Symposii locum (cap. vi. sect. 7.), ubi tamen non Pausanias, sed Phædrus inducitur eadem disputans, quæ Socrates Xenophonteus reprehendit. Quatuor igitur annis ar-

I 2

chonte Ariſtione habitum apud Calliam convivium anteceſſiſſe ait convivium, quo Agathonis victoria ſcenica fuit celebrata archonte Euphemo. Mirum igitur eſſe, unde Xenophonteus Socrates niſi divinando reſcire potuerit, quæ quarto demum anno poſt apud Agathonem in convivio Phædrus, aut, ut Xenophon ait, Pauſanias propoſuiſſet. De crimine quidem ipſo Xenophonti objecto poſtea videbimus. Nunc temporis rationes tractabimus. Incidunt autem omnes fere quæſtiones et dubitationes de tempore convivii Platonici et Xenophontei in Olympiadem 89. et 90. quarum annos ſingulos nunc deſcribam adſcriptis argumentis, quæ cuique ſunt attribuenda.

Olympiadis igitur 89. anno primo, archonte Iſarcho, Ameipſias comicus poeta docet fabulam Connum, auctore Athenæo v. p. 340.

Ol. 89. anno 2. archon Ameinias fuit Athenis.

Ol. 89. anno 3. archonte Alcæo Eupolis comicus docet fabulam Κόλακας mortuo jam Hipponico Calliæ patre. Annum mortis definire aliter nunc non licet, quam ex conjectura Athenæi v. p. 339. ubi ait Eupolidis fabulam declarare, nuper admodum Calliam bonorum paternorum poſſeſſionem adiiſſe (προσφατόν τινα τὴν παράληψιν τῆς οὐσίας).

Olympiadis 89. anno 4. archonte Ariſtione vel Ariſtone, ut eum Diodorus vocat, Autolyco Lyconis filio victoria pancratii obtigit, cujus νικητήρια Callias amator celebrat. Huic anno igitur Xenophontei convivii ſcenam et dicta aſſignat Athenæus v. p. 333. item Eupolidis fabulam Autolycum. De illo enim ita: ἔστι δὲ οὗτος ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν· ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Vides conjecturam de tempore Sympoſii ductam eſſe ex anno, quo fabulam Eupolis docuit, qua victoriam Autolyci irriſiſſe dicitur. Subit vero dubitatio, num fabula Eupolidis Autolyci victoriam eodem ſit anno an altero conſecuta, quam niſi ex Xenophontis ſcripto collectis argumentis tollere vel explicare non licet. Eupolidis Autolycum aliquoties in teſtimoniis nominavit Athenæus, unde tamen arguere aliquid, quod ad Calliam aut Autolycum perti-

neat, non licet. Eandem fabulam nominavit Suidas ſub vocabulis ἀναφλασμοὶ, ἀνεκὰς, φασιανοὶ, φιτύσαι· alteram vero, Κόλακας, ſub λαφυγμὸς, ſemel Etymologicum M. ſæpius Scholia Ariſtophanea. Fuit autem fabula Autolycus ab Eupolide bis in certamen publicum demiſſa, unde Grammatici græci in teſtimonium vocant interdum Autolycum priorem et alterum. Hinc factum puto, ut Scholia Victoriana ad Homeri Il. xiii. 352. p. 646. apud Heynium laudent Eupolin ἐν Αὐτολύκοις in hæc verba: ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντα ἄχθομαι. Solebant poetæ fabulam immutare, cum iterum judicibus et populo ſpectandam exhiberent; quod factum ab Ariſtophane in Nubibus ſcimus. Itaque ſedulo cavendum eſt, ne fallat nos teſtimonium ex fabula Autolyco poſitum, niſi definitio iſta temporis, quo primum aut iterum fabula fuit propoſita in certamine, acceſſerit. Quæ cauſa fuerit Eupolidei odii in Autolycum, ſi quærimus, equidem nullam plane fuiſſe putaverim; ſed Eupolis irridenda Autolyci a Callia amati victoria pungere et exagitare voluiſſe videtur Calliam, idem patri ejus Hipponico, utpote diviti et optimatium partibus faventi, infeſtus. De Hipponico exſtat teſtimonium Heſychii in vocabulo Ἱερεὺς Διονύσου, ubi Hipponicum propter faciem rubicundam Eupolis in fabula Capris (Αἶξὶν) Bacchi ſacerdotem appellaſſe dicitur: quem eundem locum annotante Hemſterhuſio reſpexit Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas verſu 310. Eundem faciei ruborem ſignificavit Cratinus, cum Hipponicum Σκυθικὸν, a colore rubro ligni Σκυθικοῦ dicti, appellaret, teſte Heſychio in Σκυθικός. Cratinus obiit Olymp. 91. anno 1. Cf. Schol. Ariſtoph. Equ. 399. Pac. 700.

Idem argumentum fuiſſe videtur fabulæ Ariſtophaneæ Autolyci, quam teſtimonio Erotiani in vocabulo Ἄμβη cognovimus.

Calliam eundem Æſchines Socraticus in Dialogo Calliæ nomen inſcriptum gerente peſſime tractaverat, uti narrat Athenæus v. p. 346. ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν. De vita et moribus Calliæ

infra dicetur: unde huic loco aliquid lucis affulgebit. Eundem Æſchinis Dialogum nominat Scholion Platonicum editum a Siebenkees p. 44.

Ceterum huic anno aſſignat Athenæus v. p. 340. fabulam Pherecratis Ἀγρίους, argumento ducto ex loco Protagoræ Platonici p. 121. ed. Bipont. ubi eſt: ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, οἷοίπερ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. De anno vero, cui Platonicus Protagoras aſſignandus eſſe videatur, ſtatim videbimus.

Olympiadis 90. anno 1. archonte Ariſtophilo aut Aſtyphilo aſſignat Athenæus v. p. 339. Protagoræ Platonici ſermones.

Olympiadis vero ejuſdem 90. anno 4. archonte Euphemo victoriam ſcenicam poetæ Agathonis et Sympoſium Platonicum v. p. 334.

De Protagora temporis rationes ita colligit Athenæus. Primum ait ſermones apud Calliam habitos fuiſſe poſt Hipponici mortem: ὁ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διάλογος μετὰ τὴν Ἱππονίκου τελευτὴν γινόμενος, παρειληφότος ἤδη τὴν οὐσίαν Καλλίου, τοῦ Πρωταγόρου (μέμνηται adjecit Caſaubonus) παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις. Locum Platonis p. 97. poſuit Caſaubonus hunc de Protagora præſente apud Calliam: ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις κατάλυσιν πεποίηκε· unde mortem Hipponici recte collegit Athenæus. De recenti Protagoræ adventu idem Caſaubonus poſuit locum Protagoræ p. 85. hunc: Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκε; τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. Tertio igitur ante dialogum Platonicum die Protagoras advenerat Athenas.

Mortem Hipponici ante editam fabulam Eupolidis, Κόλακας, Olymp. 89. anno 3. archonte Alcæo contigiſſe colligit Athenæus p. 339. ex loco eo fabulæ, ubi recens bonorum paternorum poſſeſſio a Callia facta, et ſimul Protagoræ adventus commemorabatur. Addit Ameipſiam in fabula Conno (Olymp. 89. anno 1. archonte Iſarcho) duobus annis antea edita inter Sophiſtas Protagoram nominaſſe; unde probabile eſſe ait, Protagoram medio inter

Olymp. 89. 1. et 89. 3. Athenas veniſſe. Verba Eupolidis de Protagora poſuit Diogenes Laert. ix. 50.

Pergit Athenæus torquere argumentum contra Platonicas rationes. Platonem narrare, Hippiam Eleum cum civibus aliquot ſuis eodem tempore cum Protagora adfuiſſe Athenis. Atqui veroſimile non eſſe ait, tuto Athenis verſari potuiſſe homines iſtos, ante annuas inducias archonte Iſarcho menſe Elaphobolione factas. Huic vero tempori repugnare notam temporis a Platone poſitam; annum ſcilicet ſecundum ab edita Pherecratis fabula, Ἀγρίοις, Olymp. 89. 4. archonte Ariſtione. Concludit igitur rationem Athenæus, Platonem præter hiſtoriæ fidem Hippiam ejuſque ſodales in urbem introduxiſſe, quo tempore hoſtes eſſent, nec tuto Athenis verſari poſſent.

Argumenti vis omnis pertinet ad Hippiæ adventum, quem nunc non curo; ſed mortem Hipponici ejuſque annum accuratius definire conabimur, quam ab Athenæo factum videmus, qui quas inducias annuas bello Peloponneſiaco interpoſitas archonte Iſarcho factas Ol. 89. 1. memorat, eas Thucydides iv. 118. et magis diſerte Diodorus xii. 72. ad annum ſequentem et archontem Ameiniam refert. Itaque Hippias tum potuit tuto verſari Athenis, et concidit criminatio Athenæi, uti recte monuit Vincentius Contarenus Var. Lect. c. xv. p. 74. quem laudavit Schweighæuſer ad Athenæum. At vero exſiſtit ita alia Platonis culpa ex memorata Pherecratis fabula, Ἀγρίοις, quam editam archonte Ariſtione Ol. 89. 4. narrat Athenæus; contra Plato in Protagora dialogo tertio ante die adveniſſe Protagoram Athenas refert, (quem ibidem commorantem Eupolis in fabula Κόλαξι edita archonte Alcæo Ol. 89. 2. commemoravit) et paulo poſt mentionem facit fabulæ Pherecratis, ut anno antea editæ, quam refert Athenæus ad archontem Ariſtionem Ol. 89. 4. cum ex rationibus Platonicis ab anno 3. Ol. 89. retro ductis fabula Pherecratis potius ſit referenda ad archontem Ameiniam Ol. 89. 2. Non habeo quo Platonis errorem excuſem, niſi quod is ad ſermones ipſos in Protagora narratos eorumque fidem (ſi fides obiter narratorum in philoſopho,

non gravitas potius argumenti ſpectari debet) parum aut plane non pertinet. Similem etiam in Sympoſio Platonico paulo poſt indicabimus.

Ex collectis hucuſque rationibus licebit tuto tempus alterius Protagoræ adventus et dialogi Platonici cognominis aſſignare archonti Alcæo Ol. 89. 3. contra ac fecit Caſaubonus in annotatione ad Athenæi v. c. 16. qui Platonici dialogi annum retulit ad archontem Aſtyphilum Ol. 90. 1. propter mentionem Pherecrateæ fabulæ dialogo inſertam, ipſum vero Protagoræ adventum alterum ad Ol. 89. 3. Confirmat noſtram rationem locus Protagoræ p. 105. ubi Zeuxippus Heracleotes pictor nuper adveniſſe Athenas narratur: τούτου τοῦ νεανίσκου τοῦ νῦν ἐπιδημοῦντος νεωστὶ Ζευξίππου τοῦ Ἡρακλεώτου. quem eundem reſpicit Socrates in Sympoſio Xenophonteo cap. iv. ſect. 63. ubi eſt: ἔναγχος δὲ δήπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν τὸν Ἡρακλεώτην ξένον, ἐπεί με ἐποίησας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ, συνέστησάς μοι αὐτόν. Vides idem fere tempus adventus Zeuxippi utrobique ſignificari vocabulis νεωστὶ et ἔναγχος, quorum vis eadem eſſe videtur. Incidit igitur tempus adventus Zeuxippi et Sympoſii Xenophontei in eundem fere annum, quo Protagoras Platonicus ſermones cum Socrate contuliſſe refertur. Idem Xenophontis Sympoſium pluribus locis, præcipue quidem c. i. et iv. ſect. 63. Calliæ conſuetudinem cum Protagora, Prodico, Gorgia et multis aliis ſophiſtis (καὶ ἄλλοις πολλοῖς cap. iv. ſect. 5.) commemorat ita, (Olymp. 89. 4.) ut appareat, eam ad annos ſuperiores eſſe referendam. Huc pertinet etiam, quod cap. iv. 63. refert, Calliam ab Hippia Eleo artem memoriæ didiciſſe: qui ipſe locus Platonicæ narrationi mirificum patrocinium præfert, referendus ad Ol. 89. 3. vel 2.

Mortem Hipponici, patris Calliæ, dum certiore argumento definire et anno ſuo inter Ol. 87. annum 2. (quo Hipponicus exercitum contra Bœotos ad Tanagram duxit) et Ol. 89. annum 3. (quo recentem bonorum paternorum poſſeſſionem a Callia factam commemoravit Eupolis in fabula Κόλαξιν) aſſignare allaboravi, fere fruſtra operam inſumſi omnem. Referam tamen, quæ reperi argumenta,

ex quibus alii forte certiores rationes colligent. Est locus in Lysiæ oratione de bonis Aristoph. p. 649. ubi mortis Hipponici recentis fit mentio his verbis: Καλλίας τοίνυν, ὁ Ἱππονίκου, ὃς, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ, πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι, (καὶ, ὥς φασι, διακοσίων ταλάντων ἐτιμήσατο ὁ πάππος τότε) τούτου τανῦν τίμημα οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστι. Indicium recentis Hipponici mortis hoc non pertinet ad tempus, quo fuit scripta Lysiæ oratio, sed potius ad tempora superiora; quare Lysias ἐτεθνήκει tempore plusquamperfecto utitur, i. e. *tum cum recens Hipponici mors esset.* Lysiæ orationem Taylor assignat Olympiadis 98. anno 1; sed ex loco p. 652. et mentione Diotimi comparata cum Xenophontis Hellenicis v. 1, 25. conficitur, orationem anno 2. ejusdem Olympiadis esse assignandam.

Tandem incidi in locum Andocidis oratoris p. 117. qui me omni dubitatione liberavit. Narrat ibi, Alcibiadem Calliæ sororem Hippareten in matrimonium duxisse cum dote 10. talentorum (ἐπὶ δέκα ταλάντοις) et post Hipponici patris mortem ad Delium totidem insuper talenta accepisse (προσεπράξατο). Pugna ad Delium duce Hippocrate accidit Olympiadis 89. anno 1. archonte Isarcho, eodem quo Ameipsias Connum edidit, et quo induciæ annuæ, de quibus supra, factæ dicuntur ab Athenæo. Nunc video, Perizonium ad Æliani V. H. xiv. 16. acquievisse anno ab Athenæo indicato mortui Hipponici.

Calliæ juventutem et quæ familiam ejus spectant, enarrabo etiam breviter, quo rectius lectores de amore ejus in Autolycum et laudibus ei tributis a Socrate judicare possint. Sequar autem inprimis ducem Andocidem oratorem, ita de patre Hipponico narrantem p. 64. παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν, ὅτι Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει.—πῶς οὖν ἡ φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν αὐτῷ τρέφειν, ἀλιτήριον αὐτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. οὕτως οὖν χρὴ περὶ τούτου γινώσκειν ὡς ὄντος Ἱππονίκου ἀλιτηρίου.

Alcibiadem Calliæ mortem machinatum esse tradit

idem Andocides p. 118: quare Callias eum accusabat et populum Atheniensem bonorum suorum hæredem instituebat, si absque liberis mortuus fuisset. Callias Ischomachi filiam matrimonio sibi junxit, (Andocide teste p. 61.) necdum anno finito matrem ejus Chrysidem simul duxit: (Ib. p. 62.) Deinde filia indignata domo exiit Calliæ; matrem maritus ejecit gravidam, sed filium inde natum ejuravit primo, deinde recepta matre uxore nomini suo inscribi passus juravit. Habuit etiam Hipponicum filium antea natum ex filia Glauconis. (Ib. p. 63.)

Hipparete Calliæ soror statim post Alcibiadis exilium mortua traditur ab Isocrate περὶ ζεύγους p. 696. Exul abiit Alcibiades a Sicilia Olympiadis 91. anno 1.

Calliæ ἀδελφὸν ὁμομήτριον obiter posuit, sed non nominavit Plato in Protagora p. 96. Haud scio an is sit Hermogenes, Hipponici filius, quem virum bonum Socratisque inprimis studiosum Xenophon Symposio suo inseruit et Memorabilibus ii. c. 8. et iv. c. 8. sect. 4. Pauperem Diodoro amico commendat Socrates ii. c. 8. De eodem est locus in Platonis Cratylo sect. 11. ubi Socrates ad Hermogenem: εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ σοφισταὶ, οἷσπερ καὶ ὁ ἀδελφός σου Καλλίας πολλὰ τελέσας χρήματα σοφὸς δοκεῖ εἶναι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγκρατὴς εἶ τῶν πατρῴων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν, καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ, διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ τοῦ Πρωταγόρου. Causam, quare Hermogenes ad communionem bonorum paternorum admissus non fuerit, ignoro equidem nec excogitare potui.

Alterum nunc locum explicemus initio libelli positum, ubi Xenophon profitetur se convivio illi, quod narrat, interfuisse: οἷς δὲ παραγενόμενος ταῦτα γιγνώσκω etc. Athenæus igitur in loco supra nominato criminatur Xenophontem falso quædam tradidisse, atque ipso statim initio hoc minime verum esse, eum convivio isti ipsum interfuisse, quippe qui eo tempore forte ne natus quidem adhuc, certe puer fuerit: ὅς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται—καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα αὐτὸν, τὸν ἴσως μηδὲ γεννηθέντα ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. In eo scilicet loco libri scripti omnes, quos hucusque viri docti compararunt, omittunt

illud αὐτὸν, quod Caſaubonus addidit, ut appareret, de quo Athenæus loqui voluerit. Probabilis, imo certa conjectura iſta viri docti eſſe videtur; nemo enim convivio iſti interfuiſſe narratur, in cujus ætatem dubitatio iſta cadere poſſit, præter ipſum ſcriptorem Xenophontem, quem tum ætatis annum fere decimum attigiſſe colligit Caſaubonus ex rationibus non nimis certis a Diogene ii. 55. traditis. Sed ſi vera eſt narratio Diogenis ejuſdem ii. 22, 23. et Strabonis ix. p. 403. (400. ed. Siebenk.), Socratem redeuntem ex pugna ad Delium Xenophontem Grylli filium ab equo dejectum humeris ſublatum portaſſe et ſervaſſe, Xenophon tum annum ætatis vigeſimum ſuperaverat, et ex ἐφήβοις exceſſerat, quippe qui inter equites militavit. Accidit autem pugna ad Delium Olympiadis 89. anno 1. Convivium Calliæ habitum fuit Olympiadis 89. anno 4. Igitur Xenophon tum certe annos natus viginti tres convivio interfuit. Vide quæ diſputata ſunt de Xenophontis ætate in Præfatione ad Hellenica p. xi. et xii. quibus tamen quæſtio difficilis de Xenophontis ætate nondum eſt profligata, uti docebitur olim in Annotationibus ad Opuſcula Xenophontis Politica. Interim hanc meam rationem ex Strabonis et Diogenis narratione collectam confirmari ipſo Xenophontis teſtimonio docui in annotatione ad Convivii cap. iv. ſect. 25. Accedat nunc alterum argumentum ex loco Memorabil. iv. 4, 5. οἶδα δέ ποτε αὐτὸν καὶ πρὸς Ἱππίαν τὸν Ἠλεῖον περὶ τοῦ δικαίου τοιάδε διαλεχθέντα. Alterum Hippiæ adventum Athenas intelligi docent verba ſect. 6. Ab Hippia vero, commendato ab Antiſthene, Calliam artem memoriæ didiciſſe refert Convivium iv. ſect. 62. Tempus ejus adventus Athenæus aſſignat induciis annuis bello Peloponneſiaco interpoſitis, quas cum Thucydide Diodorus refert ad Olympiadis 89. annum 2. et archontem Ameiniam, ut ſupra demonſtravi, ubi de morte Hipponici diſputatur. Duobus igitur annis Calliæ convivium Autolyci honori dicatum Olympiadis 89. anno 4. anteceſſit Hippiæ Elei adventus alter. Itaque Xenophon, qui jam tum inter Socratis familiares adſcriptus

magiſtrum cum Hippia Eleo diſputantem audivit, annos plus quam viginti natus fuiſſe videtur.

Interfuit igitur Xenophon ipſe Calliæ convivio, ſed quaſi κωφὸν πρόσωπον; nihil enim de ejus ſermonibus relatum in hoc libro legitur. Quanquam fuit opinio Ariſtippi, neſcio cujus, a Diogene in Vita Xenophontis relata, Xenophontem ſuas partes Critobulo tribuiſſe; itaque is ea, quæ capitis iv. ſect. 12. et ſeqq. leguntur de amore Critobuli erga Cliniam, ipſi Xenophonti aſſignabat, a quo Cliniam amatum fuiſſe narratum fuiſſe videtur.

Argumentum Sympoſii Xenophontei miratus eſt olim Epictetus, cujus ſermonem excepit hunc Arrianus libri ii. cap. 12. ſect. 14. Τὸ πρῶτον καὶ μάλιστα ἴδιον Σωκράτους, μηδέποτε παροξυνθῆναι ἐν λόγοις, μηδέποτε λοίδορον προσενέγκασθαι μηδὲν, μηδέποθ' ὑβριστικὸν, ἀλλὰ τῶν λοιδορούντων ἀνέχεσθαι καὶ παύειν μάχην. Εἰ θέλετε γνῶναι, πόσην ἐν τούτῳ δύναμιν εἶχεν, ἀνάγνωτε τὸ Ξενοφῶντος συμπόσιον, καὶ ὄψεσθε πόσας μάχας διαλέλυκε. Idem libri iv. cap. 5. de eodem: ὃς οὐ μόνον αὐτὸς πανταχοῦ ἐξέφυγε μάχην, ἀλλ' οὐδ' ἄλλους μάχεσθαι εἴα. Ὅρα παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τῷ Συμποσίῳ πόσας μάχας λέλυκε. Sed inprimis ſpectatur in hoc convivio ea Socratici ingenii vis, quam Epictetus admirabatur, teſte Arriano iii, 16, 5. οἵαν εἶχε Σωκράτης δύναμιν, ὥστ' ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὑτοῦ τοὺς συνόντας;

Socratis laudationi fuiſſe Convivium a Xenophonte dicatum, dubitari non poteſt; idem Platonico Convivio ejuſdem argumenti fuiſſe oppoſitum, cum plures loci arguunt, tum maxime diſputatio de amore puerorum (capite viii.) docet, quanquam fuerunt, qui contra Platonicum ſerius ſcriptum et Xenophonteo fuiſſe oppoſitum cenſerent. Quæ quidem poſterior ſententia nihil plane habet, quo poſſit defendi; recte itaque eam rejecit Weiſke in Diſputatione de Convivio Xenophonteo p. 97. Alterius argumentum omnium apertiſſimum exponam infra in Enumeratione perſonarum, quæ Convivio interfuerunt, ſub nomine Pauſaniæ. Hic vero ponam Cornarii diſputationem excerptam ex Præfatione ad verſionem latinam utriuſque Convivii,

quæ hucufque latuiffe videtur viros doctos, ne medicus doctiffimus et de Platone optime meritus, fua laude defraudatus effe videatur. Ille igitur p. 13. et feqq. hæc docuit:

"An vero et alias fuerit æmulatio quædam inter Platonem et Xenophontem, velut a multis putatum ac creditum eft, qui conjecturas inde faciunt, quod neuter alterius in fcriptis fuis mentionem fecerit, præterquam quod Xenophon libro tertio Commentariorum moralium Platonis nudum nomen producit: et quod eadem aliquot argumenta tractarint, Socratis apologiam, moralium Commentarios: et quod ille libros de Republica, hic libros de Cyri inftitutione fcripfit: quicquid horum fit, de his omnibus non eft hic dicendi locus. Quæ vero inter ipfos diffenfio fit circa fympofii optimi, velut videtur, apparatum, eam paulo diligentius expendemus. Primum igitur omnium Plato in Sympofio fuo tibicinam recens ingreffam ejicit: Xenophon autem et tibicinam et faltatricem per totum Sympofium exhibet, et ipfarum productorem five magiftrum non folum colloquentem inducit, fed etiam Socrati illudentem ac conviciantem. Et his accedit fcurra, mirus rifum movendi artifex. Itaque aliquanto jucundius exhilarantur ridiculis gefticulationibus et fpectaculis et tibiarum cantu convivæ apud Calliam quam apud Agathonem, qui hæc omnia non habet, fed graves et ferias folum orationes in fuo fympofio audit, et mulieres etiam feorfum habet, ad quas tibicinam ablegat. At harum nullam in Sympofio fuo Xenophon facit mentionem.— Sed non in his folum, quæ ex æmulatione quadam Platonis Sympofio prius edito contraria fcripfit, fed etiam in his, quæ velut aliunde fumpta citat, Xenophon a Platone diffentire deprehenditur. Quale et hoc eft, quod Socrates apud ipfum Paufaniæ apologiam pro his, qui in intemperantia fimul volutantur, adducens, in qua dixerit ille, quod etiam exercitus fortiffimus effet, qui ex amatis et amatoribus conftaret: et dictum hoc primum velut falfiffimum refellit, et mox teftimonia ab illo de Thebanis et Eleis producta rejicit. Quod autem non hanc Paufaniæ

opinionem eo loco reprobare voluerit, cujus ſcriptum etiam Athenæi ſeculo ignotum fuit, et qui etiam apud nullum alium quam Platonem, de amatoribus et amatis loquens inducitur, ſed ipſum Platonem per hoc notare inſtituerit, ex hoc clarum fit, quod ea Pauſaniæ verba apud Platonem habentur, non quidem in Pauſaniæ attributa oratione, ſed in ea, quam Phædro adſcripſit: ut vel ſic, ne Platonem reprehendere ab omnibus deprehenderetur, Xenophon aliquatenus caverit, (nam hoc certe neque apud Athenæum animadverſum eſt, apud quem nihil quidem horum Pauſaniam dixiſſe habetur, non tamen in Phædri oratione ea haberi indicatur,) vel aliter ſcriptum Platonis Sympoſium habuiſſe judicandus ſit; id quod ego cum Athenæo ſentire malim, quam hæc ex toto a Xenophonte conficta eſſe, cum eodem Athenæo aſſerere: quum in Phædri quidem oratione palam habeantur, ſed teſtimonia tamen de Thebanis ſive Bœotis ac Eleis adducta in ipſa Pauſaniæ oratione legantur. Quin et in hoc Platoni Xenophon adverſatur, quod Achilles Patrocli mortui non velut amati ſed ut amici ultionem decentiſſimam inſtituerit. At non amatum Achillis Patroclum fuiſſe, ſed contra Achillem juvenem Patrocli ætate majoris, Phædrus apud Platonem aſſeruit, et Æſchylum falſo contrarium produxiſſe dixit. Similis vero contrarietas et in hoc eſt, quod, num una ſit Venus an duæ, et proinde etiam duo Amores, Xenophon ambigit. Hoc autem Pauſanias apud Platonem per longum aſſeruit ac confirmavit. Verum hæc et reliqua omnia et lecturis et inprimis tibi, ornatiſſime Laſane, judicanda permitto."

Hucuſque Cornarius. Supereſt, ut brevem perſonarum notitiam ſubjungam, quæ convivio interfuerunt. De Xenophonte quidem ipſo, qui ſermones hos narravit, ſupra fuit diſputatum: ſatis etiam de Callia, qui convivium præbuit, dictum fuit in prima hujus Diſputationis parte. Cum Callia fuit præter Autolycum ejuſque patrem Lyconem, quem aliunde notum non habemus, Niceratus, Niciæ, ut videtur, filius.

Cum Socrate vero vocati venerunt Critobulus, Hermo-

genes, Antifthenes, Charmides, et, ut videtur, Xenophon, quanquam fect. 3 cap. i. non nominatus inter Socratis familiares. De mutis perfonis aliquot fufpicio nuperi Interpretis ducta ex fect. 7. cap. i. vana eft, ut docui in annotatione ad eum locum.

Præterea non vocatus ad cœnam advenit fcurra Philippus fect. 11. Menfis primis poft epulas jam remotis ἐπὶ κῶμον advenit Syracufanus homo cum duabus puellis, una tibicina, altera faltatrice, et puero citharifta et faltatore, fect. 1. cap. ii. De his quidem dicere fingulatim nec opus eft, nec quæ dicam habeo. Igitur de Calliæ familiaribus primum videamus.

Autolycus, Lyconis filius, puer, pancratio victor, cujus ftatuam a Leochare factam commemoravit Plinius xxxiv. cap. 8. *Leochares*, inquit, *fecit puerum Autolycon, pancratio victorem, propter quem Xenophon Sympofion fcripfit.* Signum id in Prytaneo dedicatum vidit adhuc Paufanias Atticorum c. xviii. et Bœotic. c. xxxii. Pofteriore loco narratur Autolyci contentio cum Eteonico Lacone, Athenis tum imperium violenter exercente, quem tamen Callibium nominat Plutarchus in Lyfandro cap. xv.

Niceratus familiaris Calliæ fuiffe videtur, quem comitabatur, cap. i. fect. 2. Ipfe cap. iv. fect. 46. fatetur fe vulgo φιλοχρηματώτερον haberi. Homeri carmina a prima pueritia edifcere coactus cum rhapfodis publice certavit. Vide annotata ad cap. iii. fect. 5. Novus maritus dicitur cap. ii. fect. 3. Patris nomen non edidit Xenophon; quare difficile eft ad conjiciendum genus hominis. Sufpicor tamen filium effe Niciæ ejus, qui in Dialogo Platonico, Lachetis nomine infcripto, p. 206. ed. Bip. fic de filio Nicerato: ἐπεὶ κᾀν ἐγὼ τὸν Νικήρατον τούτῳ ἥδιστα ἐπιτρέποιμι, εἰ ἐθέλοι οὗτος· ἀλλὰ γὰρ ἄλλους μοι ἑκάστοτε ξυνίστησιν, ὅταν τι αὐτῷ περὶ τούτου μνησθῶ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλει. Noluit ergo Socrates Niceratum difciplinæ ejus commendatum a patre Nicia accipere. Occifum hunc Niceratum a triginta tyrannis memorat Lyfias contra Poliuchum p. 602. et Xenophon Hellenicor. ii. 3, 39.

Cum Socrate vocatus advenit affiduus ejus auditor et

affecla *Antiſthenes*, quem Cynicæ familiæ philoſophorum auctorem facile agnoſces in ſermonibus iis, quos retulit Xenophon, præcipue in longiore illo cap. iv. ſect. 54. ſeqq. Multum illi tribuiſſe videtur Socrates ipſe, quod arguunt laudes, quas in urbaniſſimo Socratis ſermone cap. iv. ſect. 62. ſeqq. hominis ſeveri ingenio datas legimus.

Hermogenis, Hipponici filii, Calliæ fratris, paupertatem, uti animum lenem, modeſtum, honeſtum et pium teſtantur capitis iv. ſect. 23. ſect. 47—50. cap. vi. ſect. 1—3. Paupertatem ſublevat Socrates commendans eum Diodoro in Memorab. ii. cap. 10. De eo plura dixi in annotatione ad Memorab. iv. 8, 4. p. 241. et ſupra, ubi eſt de Callia.

Critobulus, Critonis filius, ætate fere par Xenophonti, pulcritudine glorians et Cliniæ adoleſcentis amore, quanquam novus maritus, inſaniens inducitur cap. iv. ſect. 10—28. Hic materiem ſermoni Socratis de amore puerili præbet. Cum hoc eodem Critobulo ſermo de re familiari adminiſtranda habitus eſt eodem fere tempore. Nam capitis ii. ſect. 7. Socrates eum reprehendit ob puerorum amores : ὁρῶ σε—παιδικοῖς πράγμασι προσέχοντα τὸν νοῦν, ὥσπερ ἐξόν σοι. Cum quo convenit altera reprehenſio cap. iii. ſect. 12. ἔστιν ὅτῳ ἐλάσσονα διαλέγῃ ἢ τῇ γυναικί ; Qualem Critobuli animum puerorum amoribus æſtuantem pingit Convivium, talem etiam arguit ſermo in Memorabil. ii. 6, 30. memoratus, qui incidit in tempora poſt mortem Periclis Olymp. 87. 4. ut apparet ex ſect. 13.

Antiſthenes, Athenienſis, aſſiduus et ſeverus diſciplinæ Socraticæ alumnus, deinde ſectæ Cynicorum auctor, libris pluribus editis olim clarus, quorum indicem cum vitæ notitia poſuit Diogenes Laertius. In dialogo Alcibiadis nomine inſcripto Socrati teſtimonium fortitudinis in pugna contra Potidæatas ſpectatæ perhibuerat, teſte Athenæo v. p. 216. Plurium dialogorum argumentum indicavit idem v. p. 220. et xi. p. 507. Gorgiæ rhetoris auditorem antea fuiſſe, in Piræeo habitaſſe, quotidie quadraginta ſtadiorum ſpatium emenſum frequentaſſe Socratis conſuetudinem et annos 70. natum obiiſſe tradit Diogenes ab Eudocia exſcriptus.

Charmides, Glauconis filius, Critiæ ἀνεψιὸς, quem tutor Critias ipfe Socrati commendavit, tefte Platone in Charmide fect. 52. p. 117. ed. Heindorf. Narrantur fermones ifti habiti poftero die quam Socrates ex pugna ad Potidæam Thraciæ (facta Olymp. 87. anno 1. archonte Pythodoro) advenerat. Erat tum Charmides εὖ μάλα μειράκιον, quem antea puerum (παῖδα) Socrates viderat (fect. 3. p. 58.) Eundem Charmidem una cum Critia tutore occifum commemoravit Xenophon Hellen. ii. 4, 19. Olympiadis 94. anno 1. Sed antea idem in ftadio Nemeæ decurrit, quanquam a Socrate admonitus, ne faceret id; itaque exitus conatus fuit non fauftus, uti fignificat Plato in Theage p. 19. Χαρμίδην τουτονὶ γιγνώσκετε τὸν καλὸν γενόμενον, τὸν Γλαύκωνος. Incidit autem tempus Dialogi iftius in annum 3. Olympiadis 92. ut ex mentione Thrafylli in Ioniam tunc abeuntis p. 21. apparet: cum quo loco comparandus eft Xenophon in Hellenicis i. 2, 1. Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος ἄνδρα ἀξιόλογον ad capeffendam rempublicam cohortatur Socrates in Memor. Xenophonteis iii. capite toto 7. ubi ponuntur συνουσίαι αἷς σύνει τοῖς τὰ τῆς πόλεως πράττουσι. Verfabatur igitur cum optimatibus, qui rempublicam gerebant, iifque confilium fuum impertiebatur, et fi quid fecus egiffent, objurgabat (ὀρθῶς ἐπιτιμῶντα, ὅταν τι ἁμαρτάνωσιν). Itaque idem homo videtur intelligendus, quem fimpliciter Charmidem, patris nomine non addito, vocat Xenophon in Sympofio cum alibi tum cap. iv. fect. 30. ubi gloriatur paupertate ea, in quam poftea homo incidit, et narrat fibi tum, cum opibus adhuc afflueret, objectam et reprehenfam Socratis familiaritatem ab amicis fuiffe. Caufam paupertatis partim conferre videtur in bellum (Peloponnefium) fect. 31. ἐπειδὴ τῶν ὑπερορίων στέρομαι καὶ τὰ ἔγγαια οὐ καρποῦμαι καὶ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας πέπραται. Sermonis igitur cum Socrate collati in Xenophonteis Memorab. iii. 7. tempus fuit ante Olymp. 89, 4.

Paufanias memoratur cap. viii. fect. 32. ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστὴς, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμέ-

νων, εἴρηκεν etc. Si ſcriptorem aliquem nominare voluiſſet Xenophon, non opus erat addere ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ſed potius patria edenda erat. Nunc vero ex his ipſis verbis apparet, Xenophontem dicere voluiſſe eum Pauſaniam, qui in Platonico Sympoſio de παιδεραστίᾳ, Venere οὐρανίᾳ et πανδήμῳ diſputans, amoremque puerorum defendens inducitur. Weiſkius tamen dubitabundus, " Si verum," inquit, " eſſet, quod Athenæus prodit v. p. 216. Pauſaniam illum nihil ſcripſiſſe, vix dubitare poſſemus Xenophontem viii. 9. et 34. ad ejus dicta in convivio Platonis reſpicere, et quod eidem tribuit §. 32. ὡς καὶ στρ.—ἐραστῶν, id videretur referre lapſus memoria. Nam Phædri potius eſt illa ſententia. Sed Xenophontis verba viii. 32. ſeqq. clare docent, Pauſaniam librum edidiſſe, in quo amor maſculorum defenderetur. Nam profecto nemini hoc in mentem venire debet, adverſum ſolum Platonem iſta diſputari, hoc eſt ipſius ac ſolius Platonis illa refutari, quæ in Sympoſio profert ſub perſona Pauſaniæ, qui nihil tale ſcripſerit. Si quis ita ſtatuat, Xenophontem ille turpiter deſciſcere faciat ab urbanitate hominis vel mediocriter politi. Neque autem credibile, auctorem adverſus alium diſputare ſcriptorem, qui Pauſaniæ perſona uſus ſit. Sed tamen illud mihi eſt probabile, eum nominatim refellere Pauſaniam, quia ejuſdem dictis Plato uſus erat, ut venuſte improbet hujus rationem, qui tam fœde loquentem inducere non dubitarit, neque alius perſonæ gravem illi oppoſuerit orationem." Hucuſque Weiſke : quem miror in iis ipſis verbis, quibus uſum Pauſaniam Platonicum intelligi debere demonſtraſſe mihi videor, argumentum *clarum* reperiſſe, Pauſaniam ſcriptorem ejuſque librum aliquem reſpici. Deinde equidem non video id, quod poſſit facere diſcrimen tale, ut Xenophontem, ſi Platonicum convivam Pauſaniam refellit, non nominato tamen Platone, impolitum, ſin vero Pauſaniam ſcriptorem, cujus auctoritate et dictis uſus ſit Plato, eundem venuſtum appellemus. Obiter commemorabo locum Menandri rhetoris de Encomiis ab Heerenio editi p. 52. ubi eſt : ἤδη γάρ τινες τῶν νεωτέρων ἀναπλάσαντες δαίμονά τινα (θεὸν) Ζηλοτυπίαν, κρήδεμνον μὲν αὐτῇ

Φθόνον προσέθεσαν, ζώνην δ' αὖ Ἔρωτα· καὶ μάλιστα ὁ Παυσανίας ἐπιφορὰς ἔχει πρὸς τὴν κατὰ μέρος ταύτην περιεργίαν. ubi nuperus interpres, de poeta agi, perſuaſum ſibi habens, cum Pauſaniam poetam inter recentiores nullum reperiſſet, eo confugiebat, ut locum Menandri ad Platonicum Pauſaniam referendum eſſe crederet, quaſi hic poeta nominetur a Platone. Ceterum quæ ſequuntur in Menandro, ἔστι δὲ καὶ οὖν παρ' ἀρχαίοις καὶ ἐν ποιήσει μὲν μάλιστα δὲ ἐν συγγραφῇ, a viro docto ſic reficta, plane ſenſu caſſa ſunt. In membrana Guelferbytana, quam nuper comparavi, ſcriptum eſt ἔστι δὲ ἐν, dein ſequitur lacuna 3 vel 4 vocabulorum, tum οὖσαν ἀρχαῖον, καὶ ἐν π. μ. μ. δὲ ἐν συγγρ. Lacunæ igitur ſignum erat potius apponendum, non locus interpolandus.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

CAPUT I.

Ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔρ- 1
γα οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα, ἀξιομνημό-
νευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς. Οἷς
δὲ παραγενόμενος ταῦτα γιγνώσκω, δηλῶσαι βούλομαι.
Ἦν μὲν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία, 2

Cap. I. 1. ἔμοιγε] Ex Ariſtide ii. p. 501. ed. Jebbii γε addidit Zeune, ſed idem Ariſtides in membrana Guelferbytana, quam nuper comparavi, ſequentia ita poſuit ſcripta: τῶν καλῶν ἢ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν οὐ μόνον et cetera. Quæ poſtea ipſe ſic interpretatur: ὅτι δεῖ καὶ τὰ μετὰ παιδιᾶς πραττόμενα τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀποδέχεσθαι. Idem altero in loco plane cum vulgata ſcriptura conſentit. Plutarchus Ageſilai cap. 29. ὁ μὲν Ξενοφῶν φησὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν τι καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβὰς ἀξιομνημόνευτον. ex quo loco arguit Weiſke, nec ipſum Plutarchum vocabulum ἔργα hic ſcriptum legiſſe, quod Ariſtidis auctoritate confiſus Leonclavius incluſit. Nec ſane eo opus eſt, cum ſequatur τὰ πραττόμενα. Sed omnium acutiſſime H. Stephanus vidit, concinnitatem orationis deſiderare in altero membro poſt τὰ πραττόμενα referendum ad hæc additamentum λεγόμενα. Quod ipſum Plutarchus reddidiſſe mihi videtur τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβάς. Quodſi λεγόμενα addideris, tum vocabulum ἔργα ſecludendum eſt. Ceterum in titulo libri poſt nomen Xenophontis edd. veteres ῥήτορος additum habent. Verſionem hujus libri dedit Jo. Cornarius junctam verſioni Platonici Sympoſii et editam Baſileæ 1548. forma octava, ex cujus Præfatione excerpſi correctiones aliquot locorum, quæ ille vitioſe ſcripta in Aldina repererat. Liber hic Cornarii latuit hucuſque Interpretes Xenophontis omnes.

Οἷς δὲ παραγενόμενος] De hoc loco diſputatum eſt a me in Introductione ad hoc ſcriptum.

2. Παναθηναίων] De his libellus Meurſii peculiaris extat. Majora quinto quoque anno agebant, ἦγον εἰς ἄστυ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τρίτῃ ἀπιόντος, auctore Scholii ad Platonem tradente in Ruhnkenii Scholiis Platonicis p. 143. ubi plura, etiam de minoribus. Æſchines contra Cteſiphon-

Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου παι-
δὸς ὄντος· καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων
ἐπὶ τὴν θέαν. Ὡς δὲ ἡ ἱπποδρομία ἔληξεν, ἔχων τόν τε
Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἀπῄει εἰς τὴν ἐν Πειραιεῖ
3 οἰκίαν· συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ Νικήρατος. Ἰδὼν δὲ
ὁμοῦ ὄντας Σωκράτην τε, καὶ Κριτόβουλον, καὶ Ἑρμογέ-
νην, καὶ Ἀντισθένην, καὶ Χαρμίδην, τοῖς μὲν ἀμφ' Αὐτό-
λυκον ἡγεῖσθαί τινα ἔταξεν, αὐτὸς δὲ προσῆλθε τοῖς ἀμ-
4 φὶ Σωκράτην, καὶ εἶπεν· εἰς καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα·
ἑστιᾶν γὰρ μέλλω Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ.
Οἶμαι οὖν πολὺ ἂν τὴν κατασκευήν μοι λαμπροτέραν
φανῆναι, εἰ ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχὰς, ὥσ-
περ ὑμῖν, ὁ ἀνδρὼν κεκοσμημένος εἴη μᾶλλον, ἢ εἰ στρα-
5 τηγοῖς, καὶ ἱππάρχαις, καὶ σπουδάρχαις. Καὶ ὁ Σω-
κράτης εἶπεν· ἀεὶ σὺ ἐπισκώπτεις ἡμᾶς καταφρονῶν, ὅτι

tem p. 569. ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Παναθήναια ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν βαρυτέρων ἄθλων.

θέαν] Ad ſpectandos equeſtres ludos, de quibus eſt in Hipparchico c. 3.

τὸν πατέρα] Lyconem, de quo capite ii.

τὴν ἐν Πειραιεῖ οἰκίαν] Hinc convivæ inde diſcedentes infra cap. ix. 7. ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀπήλαυνον πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. Calliam Hipponici filium in demo Μελίτῃ habitantem annotant Scholia ad Ariſtophanis Ranas verſu 504. Fuit hæc in oppoſito urbis latere; a Melite enim demo portæ Meliteuſes fuerunt appellatæ.

3. Σωκράτην] Margo Villoiſ. hic et ſect. 7. Σωκράτη dat.

4. εἰς καλόν] *Commode.* Sic Plato Sympoſii p. 170. Hippiæ majoris p. 15. et 16.

ἐκκεκαθαρμένοις] Hanc ex Ariſtide ſcripturam recepit Zeune pro vulgata ἐγκεκ. Ariſtides verbum a vaſis tranſlatum eſſe annotat, contra a metallis ductum malebat Weiſke. Idem Ariſtides Guelferbytanus ἱππάρχοις σπουδάρχοις exhibet, ſed in fine iterum ex h. l. habet τούτοισι τοῖς ἀνδράσιν ἐκκεκαθ. τὰς ψυχάς.

σπουδάρχαις] *Qui magiſtratum ambiunt* Index Zeunianus interpretatur, addit Weiſke ita etiam dici, *qui munera jam gerentes nova quærunt munera.* Heſychio σπουδαρχίαι, κατὰ σπουδὴν ἄρχοντες ſunt. Suidas σπουδαρχιάσας ἐπιθυμήσας ἄρξαι interpretatus addit vocabulum σπουδαρχίδης, σπουδάζων περὶ τῆς ἀρχῆς, Æolicam eam vocabuli formam faciens ex Scholiis Ariſtophanis ad Acharn. verſu 595. ubi eſt πολίτης χρηστὸς, οὐ σπουδαρχίδης, ἀλλ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος, στρατωνίδης. Comice igitur ridiculi cauſa ficta ſunt vocabula σπουδαρχίδης, στρατωνίδης pro legitimis formis σπουδάρχης, στρατώνης; et in Heſychio σπουδαρχίδαι ſcribendum videtur. Iſidorus Peluſiota 3 Epiſtola 619. φαντιῶντες καὶ αὐτοχειροτόνητοι καὶ σπουδαρχίδαι τυγχάνοντες οἴκοθεν ηὐτομόλησαν.

5. καταφρονῶν] Lange putat neminem facile verbum hoc, ſi abeſſet, deſideraturum eſſe; in hoc vero ineſt ratio irriſionis. Ariſtides tamen omiſit.

σὺ μὲν Πρωταγόρᾳ τε πολὺ ἀργύριον δέδωκας ἐπὶ σοφίᾳ
καὶ Γοργίᾳ καὶ Προδίκῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἡμᾶς δ'
ὁρᾷς αὐτουργούς τινας τῆς φιλοσοφίας ὄντας. Καὶ ὁ 6
Καλλίας, καὶ πρόσθεν μέν γε, ἔφη, ἀπεκρυπτόμην ὑμᾶς
ἔχων πολλὰ καὶ σοφὰ λέγειν· νῦν δὲ, ἐὰν παρ' ἐμοὶ ἦτε,
ἐπιδείξω ὑμῖν ἐμαυτὸν πάνυ πολλῆς σπουδῆς ἄξιον ὄντα.
Οἱ οὖν ἀμφὶ τὸν Σωκράτην πρῶτον μὲν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, 7
ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν, οὐχ ὑπισχνοῦντο συνδειπνήσειν· ὡς
δὲ πάνυ ἀχθόμενος φανερὸς ἦν, εἰ μὴ ἕψοιντο, συνηκολού-
θησαν. Ἔπειτα δὲ αὐτῷ οἱ μὲν γυμνασάμενοι καὶ χρι-
σάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Αὐτόλυκος 8
μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο, ὥσπερ εἰκὸς, οἱ δ'

Γοργίᾳ] De eo dicetur ad cap ii. 26. Themiſtius Orat. p. 294. et 347. de Protagora: *ἀποχρώμενος Καλλίᾳ τῷ λακκοπλούτῳ.* Plura de his ſophiſtis dicta ſunt in Introductione ad hunc librum.

αὐτουργούς] Heſychio eſt *αὐτουργὸς, ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος*, qui ipſe agrum ſuum ſine opera ſervorum colit. Sic Xenophon Œcon. v. 4. de *γεωργίᾳ· καὶ τοὺς μὲν αὐτουργοὺς διὰ τῶν χειρῶν γυμνάζουσα—τοὺς δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας* (per operas ſervorum excolentes agrum, et qui opus facientes inſpiciunt) *ἀνδρίζει.* In Thucydide i. 141. Peloponneſii *αὐτουργοὶ* dicuntur, ubi Scholia vocabulum interpretantur *δι' ἑαυτῶν τὴν γῆν ἐργαζόμενοι σπάνει δούλων.*

7. *Ἔπειτα δὲ αὐτῷ—παρῆλθον*] De Socrate ejusque amicis hæc dici non poſſe, quod auctor nuperrimæ verſionis Germanicæ putavit, recte admonuit Lange, qui præter perſonas 9. a Xenophonte commemoratas, alias quaſi mutas adfuiſſe ſuſpicatur, quas his ipſis verbis Xenophon ſignificaverit. Argumentum ducit ex cap. ix. 7. *οἱ δὲ γεγαμηκότες ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἀπήλαυνον πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας.* Hæc enim nec Socrati nec ulli amicorum ejus convenire putat, itaque refert verba ad perſonas illas, quæ quaſi mutæ adfuerant convivio, quaſque adeo nominare Xenophon omiſerat. Sed ratio fefellit virum doctum. Capitis enim ii. ſect. 3. Niceratus cum Critobulo habere dicitur uxorem recens nuptam (*νύμφας*). Huic igitur ipſi Nicerato et Critobulo equi fuerant adducti, quibus tandem inſidentes properant ad conjuges. Atque iidem cum Autolyco ejuſque patre Lycone videntur intelligendi hoc in loco. Callias convivis balnea domeſtica palæſtramque ad exercendum paratam domi habebat, quibus uſi convivæ ceteri præter Socratem ejuſque diſcipulos tandem prodeunt in cœnaculum ſeu *ἀνδρῶνα.* Niceratum inprimis cum Critobulo tangunt verba *οἱ μὲν γυμνασάμενοι καὶ χρισάμενοι·* quod apparere puto ex loco cap. ii. ſect. 3. ubi de uſu unguentorum diſputatur: *αἵ γε μὴν γυναῖκες ἄλλως τε καὶ ὅταν νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥσπερ ἡ Νικηράτου τε τούτου καὶ ἡ Κριτοβούλου, μύρου μέν τι οὐ προσδέονται· αὐταὶ γὰρ τούτου ὄζουσιν*, et reliqua, de quibus dicetur ad illum locum. Ceterum Ariſtides ex h. l. poſuit: *οἱ μέν τινες χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι.*

8. *ὥσπερ εἰκὸς*] Vulgo hæc duo vocabula poſita leguntur inter *ἄλλοι* et *κατεκλίθησαν.* ubi Erneſtium merito offenderunt, qui aut corrigenda cenſuit aut ita interpretanda, quaſi *ὡς ἔτυχον* ſcriptum fuiſſet a Xenophonte. Sed ut notionem ſibi propriam verba ſervent, et locum ſuum recuperent,

ἄλλοι κατεκλίθησαν. Εὐθὺς μὲν οὖν ἐννοήσας τις τὰ
γιγνόμενα, ἡγήσαιτ' ἂν φύσει βασιλικόν τι τὸ κάλλος εἶ-
ναι, ἄλλως τε καὶ ἢν μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, κα-
9 θάπερ Αὐτόλυκος τότε, κέκτηταί τις αὐτό. Πρῶτον μὲν
γὰρ, ὥσπερ, ὅταν φέγγος τι ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προσ-
άγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τότε τοῦ Αὐτολύκου τὸ
κάλλος πάντων εἷλκε τὰς ὄψεις πρὸς αὐτόν. Ἔπειτα
τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου.
Οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσχηματί-
10 ζοντό πως. Πάντες μὲν οὖν οἱ ἐκ θεῶν του κατεχόμενοι,

nulla pæne mutatione fuit opus. Eundem ordinem verborum ſecutus etiam videtur Ariſtides. Quamquam enim, ubi locum poſuit, verba ὥσπερ εἰκὸς adjecta non leguntur, interpretatio tamen addita oſtendere videtur, vocabula olim duo fuiſſe eo ordine in h. l. ab eo lecta: μάλιστα δὲ, inquit, τὸ ἦθος διεφύλαξεν αὐτῷ τὸ μὴ ἐπεξεργασίᾳ χρήσασθαι τῇ παρ' αὐτοῦ· οἷον εἰ ἔλεγεν· Αὐτόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο, ὥσπερ ἐχρῆν υἱὸν ὄντα μετὰ τοῦ πατρός. Si Xenophon verbis ὥσπερ εἰκὸς (i. e. ὥσπερ ἐχρῆν) non contentus addidiſſet υἱὸν ὄντα μετὰ τοῦ πατρὸς, ſane omnem loci pulcritudinem vitiaſſet. Verum mihi verba ὥσπερ εἰκὸς potius ad verbum ἐκαθέζετο referenda videntur. Admonuit enim recte Weiſkius juniores in convivio aſſediſſe. Comparat auctore Pottero Archæol. iv. 20. Plutarchum in Sympoſio. Idem mos Romanis fuit. Suetonius Claudii c. xxxii. *Adhibebat omni cœnæ et liberos ſuos cum pueris puelliſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur.* Tacitus Annal. xiii. 16. *Mos habebatur, principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci in adſpectu propinquorum, propria et parciore menſa.*

ἐννοήσας τις] Ex Ariſtide τις adjecit Zeune, quod jam olim deſideraverat Stephanus. Quodſi abeſſet, dicendum fuiſſet ἡγήσω ἂν, ut eſt in Ageſilao i. ſect. 26. ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ἡγήσω ἂν πολέμου ἐργαστήριον εἶναι.

τι τὸ κάλλος] Articulum τὸ ex Ariſtide recte adſcivit Zeune; ſed idem Ariſtides, certe Guelferbytanus, τι omiſit. Deinde ἄλλως τε ἢν καὶ Ariſtides ſcriptum habet, et τότε omittit. Sic iterum c. ii. ſect. 3. ἄλλως τε ἢν καὶ habet Ariſtides.

9. ὥσπερ] Athenæus v. p. 226. ὥσπερ ὅταν φέγγος ἐν νυκτὶ παρῇ,—οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων ἐφέλκεται τὰς ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. ubi ante Schweighæuſerum deerat articulus τὰς repertus in Codd. duobus. Maximi Tyrii imitationem Orat. xxiv. 4. annotavit Zeune.

ὁρώντων] Athenæus: τῶν παρόντων οὐδεὶς ἦν ὃς οὐκ ἔπασχέ τι et cet. in quo veram lectionem agnoſcas οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπ. τι. Sic Cyrop. i. 4, 25. καὶ οὐδένα ἔφασαν ὅντιν' οὐ δακρύοντ' ἀποστρέφεσθαι. ubi vide annotata. et de Venat. v. ſect. 33. Sequens μέν γε ſic iterum eſt cap. vi. 7.

σιωπηρότεροι] Athenæus σιωπηλότεροι, quod et Codd. ſcripti tenent, et præfert nuperus Editor.

10. Πάντες] Ariſtides ἅπαντες ex h. l. habet. Sequens γοργότεροι pro vulgato γοργότερον idem Ariſtides, ſed Guelferbytanus, dedit. Idem voluit jam olim h. l. reſcribi Stephanus comparans Cyrop. iv. 4, 3. μείζους φαίνεσθε καὶ καλλίους καὶ γοργότεροι ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Peſſime vulgatam cum Bachio defendit Zeune. Aliud enim γοργὸν ὁρᾶν, aliud γοργὸς ὁρᾶσθαι. Lexicon MStum apud Alberti ad Heſychium ſub vocabulo γοργὸς ex h. l. poſuit γοργότεροί θ' ὁρᾶσθαι καὶ φοβερώτεροι φθέγγεσθαι, quam lectionem

ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι· ἀλλ' οἱ μὲν ἐξ ἄλλων, πρὸς
τὸ γοργότεροί τε ὁρᾶσθαι καὶ φοβερώτερον φθέγγεσθαι
καὶ σφοδρότεροι εἶναι φέρονται· οἱ δ' ὑπὸ τοῦ σώφρονος
ἔρωτος ἔνθεοι τά τε ὄμματα φιλοφρονεστέρως ἔχουσι, καὶ
τὴν φωνὴν πρᾳοτέραν ποιοῦνται, καὶ τὰ σχήματα εἰς τὸ
ἐλευθεριώτατον ἄγουσιν. Ἃ δὴ καὶ Καλλίας τότε διὰ
τὸν ἔρωτα πράττων, ἀξιοθέατος ἦν τοῖς τετελεσμένοις
τούτῳ τῷ θεῷ. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν σιωπῇ ἐδείπνουν, ὥσπερ 11
τοῦτο ἐπιτεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ κρείττονός τινος. Φίλιπ-
πος δ' ὁ γελωτοποιὸς, κρούσας τὴν θύραν, εἶπε τῷ ὑπα-
κούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ὅστις τε εἴη, καὶ διότι κατάγε-
σθαι βούλοιτο, συνεσκευασμένος δὲ παρεῖναι ἔφη πάντα
τὰ ἐπιτήδεια, ὥστε δειπνεῖν τἀλλότρια. Καὶ τὸν παῖδα
δὲ ἔφη πάνυ πιέζεσθαι, διά τε τὸ φέρειν μηδὲν, καὶ διὰ
τὸ ἀνάριστον εἶναι. Ὁ οὖν Καλλίας ἀκούσας ταῦτα, 12
εἶπεν, ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἄνδρες, αἰσχρὸν στέγης γε φθονῆ-

probabat Alberti. Copulam τε omittit Ariſtides Guelferbyt.

φέρονται] Ariſtidæ *φαίνονται* Leonclav. et Stephanus temere præferebant; nam verba *πρὸς τὸ γ.* et cet. pendent a verbo *φέρονται*, cui reſpondet ſequens *ἄγουσιν*, ut recte monuit Zeune.

φιλοφρονεστέρως] Juntina *φιλοφρονέστερον*, margo Villoiſ. *φιλοφρονεστέρων*. Deinde edd. vett. *ἐλευθερώτατον* dant.

11. *κρούσας*] Solenne de foribus pulſandis, ubi quis admitti vult, item *κόπτειν*; qui vult exire, *ψοφεῖ*, crepat fores extrorſum aperiendas. Janitor dicitur *ὑπακούειν* pulſanti, et antequam admittatur hoſpes, annunciare domino, *εἰσαγγέλλειν*. Hæc verba pluribus exemplis illuſtrat Bachii annotatio longa ad h. l.

βούλοιτο] Athenæus p. 614. ex h. l. retulit *βούλεται—ὥστε καὶ δ.* Ex eodem vulgatum τε ante *παρεῖναι* in δὲ mutavit Zeune. Ceterum homo ridiculus ridicule nunciari vult domino de adventu ſuo; quo faciunt oppoſita *συνεσκ. τὰ ἐπιτήδ.* et *δειπνεῖν τἀλλότρια*, *πιέζεσθαι* et *φέρειν μηδὲν*, quæ explicatione non egent.

12. *στέγης γε φθονῆσαι*] "Turpe eſſet hoc certe, ſi domo eum excludere, ne intromittere quidem vellemus, etſi illud quidem non eſſet turpe, ſi non admitteretur ad cœnam. Aut extremum hoc vim joci continet, aut neſcio quo alluditur. Hoc vero dubium videri non debet, *τὸ σκῶμμα* eſſe jocum Calliæ." Sic ad h. l. Weiſke, cum quo plane ſentire video Langium, qui verba hæc *στέγης γε φθονῆσαι* cum vultu miſericordiæ contemtuſque pleno pronunciata fuiſſe a Callia putabat. Sed nullo modo efficiunt viri docti, ut Calliæ dictum ſimile *σκώμματι* videri poſſit. Itaque pertinet *σκῶμμα* ad Philippi ridicula, quæ juveni Autolyco mirationem ſaltem extorquere debebant, cum talia antea non audiiſſe videri debeat. Quod viros doctos fefellit, eſt hoc, quod Callias vultum pueri amati diligenter obſervat; amantes enim ab amatis ſua dicta omnia et facta inprimis probari et laudari cupiunt. Sed

σαι· εἰσίτω οὖν. Καὶ ἅμα ἀπέβλεψεν εἰς τὸν Αὐτόλυ-
κον, δηλονότι ἐπισκοπῶν, τί ἐκείνῳ δόξειε τὸ σκῶμμα
13 εἶναι. Ὁ δὲ, στὰς ἐπὶ τῷ ἀνδρῶνι, ἔνθα τὸ δεῖπνον ἦν,
εἶπεν, ὅτι μὲν γελωτοποιός εἰμι, ἴστε πάντες, ἥκω δὲ
προθύμως, νομίσας γελοιότερον εἶναι τὸ ἄκλητον, ἢ τὸ
κεκλημένον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Κατακλίνου τοίνυν,
ἔφη ὁ Καλλίας. Καὶ γὰρ οἱ παρόντες σπουδῆς μὲν, ὡς
14 ὁρᾷς, μεστοὶ, γέλωτος δὲ ἴσως ἐνδεέστεροι. Δειπνούντων
δὲ αὐτῶν, ὁ Φίλιππος γελοῖόν τι εὐθὺς ἐπεχείρει λέγειν,
ἵνα δὴ ἐπιτελοίη, ὧνπερ ἕνεκα ἐκαλεῖτο ἑκάστοτε ἐπὶ τὰ
δεῖπνα. Ὡς δ' οὐκ ἐκίνησε γέλωτα, τότε μὲν ἀχθεσθεὶς
φανερὸς ἐγένετο. Αὖθις δ' ὀλίγον ὕστερον ἄλλο τι γε-
λοῖον ἐβούλετο λέγειν. Ὡς δὲ οὐδὲ τότε ἐγέλασαν ἐπ'
αὐτῷ, ἐν τῷ μεταξὺ παυσάμενος τοῦ δείπνου, συγκα-
15 λυψάμενος κατέκειτο. Καὶ ὁ Καλλίας, τί τοῦτ', ἔφη,
ὦ Φίλιππε; ἀλλ' ἢ ὀδύνη σε εἴληφε; Καὶ ὃς ἀναστε-
νάξας εἶπε, ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Καλλία, μεγάλη γε.
Ἐπεὶ γὰρ γέλως ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλωλεν, ἔῤῥει τὰ ἐμὰ
πράγματα. Πρόσθεν μὲν γὰρ τούτου ἕνεκα ἐκαλούμην
ἐπὶ τὰ δεῖπνα, ἵνα εὐφραίνοιντο οἱ συνόντες, δι' ἐμὲ γε-
λῶντες· νῦν δὲ τίνος ἕνεκα καὶ καλεῖ μέ τις; οὔτε γὰρ
ἔγωγε σπουδάσαι ἂν δυναίμην μᾶλλον, ἤπερ ἀθάνατος
γενέσθαι, οὔτε μὴν ὡς ἀντικληθησόμενος καλεῖ μέ τις,

Callias hic ſimpliciter Autolycum aſpicit, ut diſcat ex vultu pueri modeſtiſſimi, quid illi de novo hoc nec antea audito ſermonis genere videatur. Ita Brodæo etiam viſum eſt.

14. ἐν τῷ μεταξὺ] *Interim, dum ceteri cœnabant.* Ita Zeune. Mihi potius videtur dictum pro μεταξὺ δειπνῶν ἐπαύσατο, *abrumpit cœnam et recumbit capite velato*, quod erat pudoris vel triſtitiæ ſignum, ut in Cyrop. v. 1, 3.

15. ἀλλ' ἦ] Miror Weiſkium antiquum ἀλλ' ἦ revocaſſe cum Bachio, cum rectius ex Stephani emendatione dediſſet Zeune.

εὐφραίνοιντο] Margo Villoiſoniani libri εὐφραίνοντο dat. Verum imperfecti uſum non admittere videntur præcepta G. Hermanni ad Vigerum p. 805.

καλεῖ] Eſt pro futuro uſitatiore, ſed non Atticis ſcriptoribus, καλέσει, nec opus Stephani conjectura καλῇ, ut recte monuit Zeune.

ἐπεὶ πάντες ἴσασιν, ὅτι ἀρχὴν οὐδὲ νομίζεται εἰς τὴν ἐμὴν
οἰκίαν δεῖπνον εἰσφέρεσθαι. Καὶ ἅμα λέγων ταῦτα ἀπε-
μύττετό τε, καὶ τῇ φωνῇ σαφῶς κλαίειν ἐφαίνετο. Πάν- 16
τες μὲν οὖν παρεμυθοῦντό τε αὐτὸν, ὡς αὖθις γελασό-
μενοι, καὶ δειπνεῖν ἐκέλευον· Κριτόβουλος δὲ καὶ ἐξεκάγ-
χασεν ἐπὶ τῷ οἰκτισμῷ αὐτοῦ. Ὁ δ', ὡς ᾔσθετο τοῦ
γέλωτος, ἀνεκαλύψατό τε, καὶ τῇ ψυχῇ παρακελευσά-
μενος θαῤῥεῖν, ὅτι ἔσονται συμβολαὶ, πάλιν ἐδείπνει.

CAPUT II.

ΩΣ δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι, καὶ ἐσπείσαντο καὶ 1
ἐπαιάνισαν, ἔρχεταί τις αὐτοῖς ἐπὶ κῶμον Συρακόσιος
ἄνθρωπος, ἔχων τε αὐλητρίδα ἀγαθὴν, καὶ ὀρχηστρίδα
τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν, καὶ παῖδα πάνυ
γε ὡραῖον, καὶ πάνυ καλῶς κιθαρίζοντά τε καὶ ὀρχού-
μενον. Ταῦτα δὲ καὶ ἐπιδεικνὺς ὡς ἐν θαύματι, ἀργύριον
ἐλάμβανεν. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἡ μὲν αὐλητρὶς ηὔλησεν, ὁ δὲ 2

εἰσφέρεσθαι] Edd. vett. *προσφέρεσθαι* dant.

16. *αὖθις*] i. e. poſtea, in poſterum. Leonclavius *εὐθὺς* malebat, nullam idoneam ob cauſam.

τῇ ψυχῇ παρ.] Ridicule, ut magnum aliquod opus aggreſſurus, ut Cyrus apud noſtrum i. 4, 13. *διακελευσάμενος ἑαυτῷ τολμᾷν, εἰσῆλθεν.*

ἔσονται συμβολαὶ] *Symbolas ad convivia* aut *convivia ipſa* cogitabat Zeune, *riſus* ex Pollucis loco vi. 28. *παρεχόμενος συμβολὰς τὸν γέλωτα* interpretabatur Weiſke; neuter apte. Ut *συμβάλλειν τινὶ μάχην* eſt *conferre pugnam*, ſic *συμβολαὶ* h. l. ſunt *pugnæ, prælia*, ad quæ animum verbis confirmat fortiter gerenda. Ridicule ſimul ambiguo verbo vel *συμβολὰς λόγων* vel *συμβολὰς* ad cœnam collatas ſignificat.

Cap. II. 1. *ἐπαιάνισαν*] Plato Sympoſii ſect. 4. *Σωκράτους δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα, τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον.* Ordinem convivii enarrat Philyllius Athenæi ix. p. 408. *καὶ δὴ δεδειπνήκασιν αἱ γυναῖκες· ἀλλ' ἀφαιρεῖν ὥρα 'στὶν ἤδη τὰς τραπέζας, εἶτα παρακορῆσαι, ἔπειτα κατὰ χειρῶν ἑκάστῃ καὶ μύρον τι δοῦναι.* Sed hic mulieribus cum aqua unguentum præbetur; viris non adeo ſolemnis unguenti uſus in conviviis; ſumtum tamen et præbitum fuiſſe in quibuſdam teſtantur loca poetarum poſita in Athenæi ix. p. 409. Callias convivis unguentum præbere parabat, ſed Socrates ejus uſum recuſat.

ἐπὶ κῶμον] Platonis *πρὸς τὸν πότον* comparavit Zeune. Sed *πότος* eſt convivantium; *κωμάζοντες* foris adveniunt ad compotantes. Sequens *τε* poſt *κιθαρίζοντα* ex Ariſtide addidit idem Zeune. Syracuſius homo quo nomine appellatus fuerit, ignorare nos Xenophon voluit.

2. *ἡ μὲν αὐλητρὶς*] Vulgatum *ἡ αὐλητρὶς μὲν* ex Ariſtide correxit Zeune.

παῖς ἐκιθάρισε, καὶ ἐδόκουν μάλα ἀμφότεροι ἱκανῶς εὐφραίνειν, εἶπεν ὁ Σωκράτης, νὴ Δί', ὦ Καλλία, τελέως ἡμᾶς ἑστιᾷς. Οὐ γὰρ μόνον δεῖπνον ἄμεμπτον παρέθηκας, ἀλλὰ καὶ θεάματα καὶ ἀκροάματα ἥδιστα παρέ-
3 χεις. Καὶ ὃς ἔφη, τί οὖν, εἰ καὶ μύρον τις ἡμῖν ἐνέγκαι, ἵνα καὶ εὐωδίᾳ ἑστιώμεθα; Μηδαμῶς, ἔφη ὁ Σωκράτης. Ὥσπερ γάρ τοι ἐσθὴς ἄλλη μὲν γυναικὶ, ἄλλη δὲ ἀνδρὶ καλὴ, οὕτω καὶ ὀσμὴ ἄλλη μὲν ἀνδρὶ, ἄλλη δὲ γυναικὶ πρέπει. Καὶ γὰρ ἀνδρὸς μὲν δήπου ἕνεκα ἀνὴρ οὐδεὶς μύρῳ χρίεται. Αἱ μέντοι γυναῖκες, ἄλλως τε καὶ ἢν νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥσπερ ἡ Νικηράτου τοῦδε καὶ ἡ Κριτοβούλου, μύρου μὲν τί καὶ προσδέονται; αὐταὶ γὰρ

3. Αἱ *μέντοι*] Ariſtides *αἵ γε μὴν —Νικηράτου τοῦδε* habet, et Muretus Var. Lect. xix. c. 9. *αἵ γε μὴν—καὶ ὅταν—Νικηράτου τε τούτου καὶ ἡ Κριτοβούλου* ex h. l. poſuit. De Nicerati uxore *νεογάμῳ* eſt infra iv. 8.—Vulgo additum *ὅταν* poſt *ἢν* ſuadente Victorio V. L. xxxiii. 7. recte omiſit, ut gloſſam, Stephanus, Leoncl. et ſecuti Editores. In Ariſtide Codex Guelferb. habet *ἢν καὶ νύμφαι.* Vide ad cap. i. ſect. 8.

μὲν τί καὶ προσδέονται] Negationem ex Ariſtide addunt Steph. Leoncl. Welſ. et Bachius; hic quidem *μύρου οὐδέν τι πρ.* etiam ſcriptum malebat. Abeſſe contra debere negationem affirmant Erneſti et Zeune. Ille rationem edit, Socratem velle demonſtrare, unguentum mulieribus convenire magis quam viris, eaſque, inprimis cum ſponſæ ſint, unguento uti. Ipſe igitur corrigit *μύρου μέν τι προσδέχονται*, i. e. *admittunt*. Zeune vulgatam defendit et ſic interpretatur: *ſed mulieres—aliquid quidem unguenti inſuper deſiderant, (ſeu ut ſponſi unguento mediocri ſint delibuti volunt) quia ipſæmet* (*αὐταὶ* enim ſcribi vult) *unguentum redolent, ſeu unguento utuntur.* Sed utrique interpretationi adverſatur ſequens comma *ἐλαίου δὲ* et cet. Zeunii ſcripturam admiſit Weiſke; itaque eandem interpretationem probaſſe videtur. Faber in verſione gallica interpretandi cauſa, ut ait, poſuit: *n'ont pas autrement beſoin de parfums: car d'elles-mêmes elles en ont aſſez.* Vitium vulgatæ lectionis conjectura ſanare conatus eſt Muretus l. c. *ναύταις γὰρ ταυτὸν ὄζουσιν*: quæ mihi ab hoc loco valde aliena eſſe videtur, etiam ſine interpretatione propoſita a viro docto. Equidem lectionem Ariſtidæ cum Stephano unice probo. Vulgo erat *μέντοι καὶ προσδ.* Juntina *μέντοι* dat. Ariſtides ſic interpretatur: *αὗται παρὰ ἀνδρὸς μύρου οὐ προσδέονται, παρ' ἑαυτῶν γὰρ ἔχουσι νύμφαι γε οὖσαι.* —Nunc demum video Athenæum locum hunc ita poſuiſſe libro xv. p. 686. *ἀλλὰ καὶ ἀκροάματα καὶ θεάματα —ἐνέγκαι τις ἡμῖν—εὐωδίαν ἑστιώμεθα; —γυναικεία—ἀνδρεία καλὴ—ἕνεκεν οὐδεὶς μύρῳ χρίεται· αἵ γε μὴν γυναῖκες ἄλλως τε ἂν καὶ νύμφαι—Νικηράτου τε τούτου καὶ ἡ Κριτοβούλου, μύρου μέντοι καὶ προσδέονται· ναῦται γὰρ τοῦτο ὄζουσιν· ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις καὶ παρουσία ἀνδρῶν ἢ μύρου γυναιξὶν ἡδίων καὶ ἀπουσία ποθεινοτέρα.—μὲν ἀλειψάμενος δοῦλος καὶ ἐλεύθερος—ἐλευθέρων μόχθων πρῶτον χρηστῶν καὶ χρόνου πολλοῦ δέονται—ἔσεσθαι.* Ad quem locum Caſaubonus annotavit etiam Ariſtidem e Xenophonte laudare *ἢν καὶ νύμφαι.* Deinde admonuit cum interrogatione ſcribendum eſſe *μύρου μὲν τί καὶ προσδέονται*; eamque correctionem ait du-

τούτου ὄζουσιν· ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων ἢ μύρου γυναιξὶ, καὶ ἀποῦσα ποθεινοτέρα. Καὶ γὰρ δὴ μύρῳ μὲν ὁ ἀλειψάμενος καὶ δοῦλος καὶ 4
ἐλεύθερος εὐθὺς ἅπας ὅμοιον ὄζει· αἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἐλευθερίων μόχθων ὀσμαὶ ἐπιτηδευμάτων τε πρῶτον, καὶ χρόνου πολλοῦ δέονται, εἰ μέλλουσιν ἡδεῖαί τε καὶ ἐλευθέριοι ἔσεσθαι. Καὶ ὁ Λύκων εἶπεν, οὐκοῦν νέοις μὲν ἂν εἴη ταῦτα· ἡμᾶς δὲ τοὺς μηκέτι γυμναζομένους τίνος ὄζειν δεήσει; καλοκἀγαθίας νὴ Δί᾽, ἔφη ὁ Σωκράτης. Καὶ πόθεν ἄν τις τοῦτο τὸ χρίσμα λάβοι; Οὐ μὰ Δί᾽, ἔφη, οὐ παρὰ τῶν μυροπωλῶν. Ἀλλὰ πόθεν δή; Ὁ μὲν Θεόγνις ἔφη,

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἐσθλὰ διδάξεαι. Ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιγέῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

καὶ ὁ Λύκων εἶπεν, ἀκούεις ταῦτα, ὦ υἱέ; Ναὶ μὰ Δί᾽, 5
ἔφη ὁ Σωκράτης, καὶ χρῆταί γε. Ἐπεὶ γοῦν νικηφόρος ἐβούλετο τοῦ παγκρατίου γενέσθαι, σὺν σοὶ σκεψάμενος

dum ab H. Stephano fuiſſe propoſitam. Hanc lectionem Ariſtidem recte fuiſſe interpretatum verbis παρὰ ἀνδρὸς μύρου οὐ προσδέονται. Hanc duumvirorum egregiam animadverſionem nemo facile erit qui cognitam non ſtatim probet; itaque textum Xenophontis ita refinxi, ut ſignum interrogationis adderem. Ceterum verba αὐταὶ γὰρ τούτου ὄζουσιν (ita enim ſcribendum cenſuit vir doctiſſimus) nolim cum Caſaubono interpretari: *ipſæ enim ſunt pro unguento ſuis maritis.* Muretus quid ex vitioſa Athenæi ſcriptura exſculpſerit, ſupra annotavi. Conſenſus Athenæi et Ariſtidis movit me, ut τοῦδε et deinceps articulum ἡ ante Κριτοβούλου nomen infererem. Uterque enim convivio intererat.

παροῦσα ἡδίων] *Quia ſimul adeſt labor, fortitudo, patientia et ſimiles athletarum virtutes.* Ita Weiſke. Xenophontis locum reſpicere videtur Achilles Tatius ii. p. 149. πάσης δὲ γυναικῶν μυραλοιφίας ἥδιον ὄδωδεν ὁ τῶν παίδων ἱδρώς.

4. μὲν ὁ ἀλειψάμενος] Articulum ſic vulgo inſertum auctore Athenæo deletum malim, niſi junxeris ἅπας ὁ ἀλειψάμενος, καὶ δ. κ. ἐλ.

χρόνου] Additum πολλοῦ Stephanus aſteriſco notavit, ſine nota recepit Weiſke, quod vocabulum deeſt in edd. veteribus, interpretatione Ribitti et damnavit Zeune, recte monens, ſi πολλοῦ probetur, deſiderari ad ἐπιτηδευμάτων ſimile additamentum; quod Athenæus tamen præbet, χρηστῶν addens ante χρόνου πολλοῦ.

Συμμιγέῃς] Ex Steph. ſecunda συμμιχθῇς repetiit Weiſke, edd. vett. et Leoncl. συμμιγῇς dant, adverſante metro.

5. ἐβούλετο] E conjectura Leonclavii et Stephani Welsius et Bachius ediderunt βούλοιτο—σκεψόμενος, cujus rationem ſtatim videbimus.

σκεψάμενος . . . αὖ] Cum Leonclavio Welsius et Bachius σκεψόμενος

. . . αὖ, ὃς ἂν δοκῇ αὐτῷ ἱκανώτατος εἶναι εἰς τὸ ταῦτα
6 ἐπιτηδεῦσαι, τούτῳ συνέσται. Ἐνταῦθα δὴ πολλοὶ ἐ-
φθέγξαντο· καὶ ὁ μέν τις αὐτῶν εἶπε, ποῦ οὖν εὑρήσει
τούτου διδάσκαλον; ὁ δέ τις, ὡς οὐδὲ διδακτὸν τοῦτο εἴη·
ἕτερος δέ τις, ὡς εἴπερ τι καὶ ἄλλο καὶ τοῦτο μαθητόν.
7 Ὁ δὲ Σωκράτης ἔφη, τοῦτο μὲν ἐπειδὴ ἀμφίλογόν ἐστιν,
εἰσαῦθις ἀποθώμεθα· νυνὶ δὲ τὰ προκείμενα ἀποτελῶ-
μεν. Ὁρῶ γὰρ ἔγωγε τήνδε τὴν ὀρχηστρίδα ἐφεστηκυῖαν,
8 καὶ τροχοὺς τινὰ αὐτῇ προσφέροντα. Ἐκ τούτου δὴ ηὔλει
μὲν αὐτῇ ἡ ἑτέρα· παρεστηκὼς δέ τις τῇ ὀρχηστρίδι ἀνε-
δίδου τοὺς τροχοὺς μέχρι δώδεκα. Ἡ δὲ, λαμβάνουσα
ἅμα τε ὠρχεῖτο, καὶ ἀνεῤῥίπτει δινουμένους, συντεκμαιρο-
μένη, ὅσον ἔδει ῥιπτεῖν ὕψος, ὡς ἐν ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐ-
9 τούς. Καὶ ὁ Σωκράτης εἶπεν, ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ ἄνδρες,
καὶ ἄλλοις δῆλον, καὶ ἐν οἷς δ᾽ ἡ παῖς ποιεῖ, ὅτι ἡ γυ-
ναικεία φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει,
γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται. Ὥστε εἴτις ὑμῶν γυναῖκα

